¶ Hic sequēter aliebia subligit hystoria suā: vbi facit mentionē in sua narratōe de vno bono rege israel. Et sic dicit q̄ oppida iude fleuerūt p̄pter iosue. dicit etiā q̄ fontes et arbores detestate sunt cāpos et p̄riam macedonū. dicit vlteri⁹ q̄ et leges et pascha et hoies cuiuslibet etatis et ipse hic remias p̄re ceteris etiā defleuerūt. Hec hystoria originalr scribit. iij. Regū. xxiij. ¶ Aduertendū est tñ q̄ in quibusdā textib⁹ ponit iosue p̄ u. p̄ iosse causa metri. et ibi ponit lfa p̄ lfa. et ibi est figura spēs methaplastim: q̄ de antithesis. iuxta illud. Dicit antithesis si lfa ponit vna. ¶ Ponere cū des bes allā si d̄i olli: p̄ illi. ¶ Nō iste rex appellabat iosias et nō iofuas. v̄p̄z in dicto cap. allegato. Sic isto p̄supposito p̄ explanatiōe dicit textus illius capituli diffuse et plix quō iofias multū augmētavit cultū diuinū. et ex t̄p̄ pauit hereses. et cōfregit oīa ydola q̄ vbi libet terrarū repire valebat. et legit c̄ictis audientib⁹ oīa verba libri federis dñi. et ordinauit vt p̄plus teneret oīa p̄cepta illa et cerimōias: et oīa q̄ scripta erāt in illo libro. et acqui euit p̄plus pacto. Dicit textus multis it̄rpositis reuerfusq̄ est in b̄rby: et p̄cepto oī p̄plus dicens. Facite vasa dño deo v̄ro. Et ita factus est. Dicit vlteri⁹ textus ibidē q̄ in diebus eius ascēdit rex egypti nechao cōtra regem assyrioz ad flumē eufraten. et abijt iofias rex iuda in occursum eius. et occisus est in magedo cū vidisset eū. et portauerūt eū serui sui mortuus in hierlm. et sepeliterūt eū in sepulcro suo. Tūctq̄ p̄plus terre ioachim filii iosse et vixerūt eū. et cōstituerūt eū regē p̄ p̄re suo. De isto h̄ iofia dicit text⁹ noster q̄ multū doluerūt et tristati sunt iudei de morte eius. ¶ Iste iofias significat xp̄m: p̄pter cui⁹ mortē aliq̄ viri boni doluerūt. cāpi autē macedonū. i. maloz iudeoz et etiā spiritū infernaliū fuerunt facti detestabiles et miserabiles p̄pter fontē sacri baptismatis et arborē sc̄tē cruci. ¶ Ho. cōes ihsine lecture isti⁹ text⁹ ponūt vnū notabile de occisiōe agni i pascha masculi albi. sed illud omitto causa breuitatis. ¶ Et hac hystoria eruditā reges et p̄ncipes: vt sūma diligētia augeat cultū diuinū: mō p̄ edificationē ecclesiarū nouarū. p̄ sustentationē veterū. p̄ viroz ecclesiasticorū p̄rectōem. p̄ oīm bonoz ecclesie tuitōem. p̄ sc̄imaticoz et hereticoz exterminationē. Itē p̄z hic q̄ tristes et desolati sunt subditi de morte dñi coz p̄bi et sancti: qui eos ad omnē veritatis viā p̄duxit. Et ecōtrario eliciens dum est q̄ magno gaudio et ingēti leticia captiunt subditi post mortē p̄ncipis eoz tyrāni iniusti et pueri. cui⁹ mortē quolibet die t̄mp̄cant. Quia p̄pter semp̄ cum oīm iusticia et equitate et sanctitate supiores quicūq̄ debent inferiores regere: dirigere: et intēdere summis viribus vt ab eis diligant quantū s̄m deū et ratiōem fieri potest. ¶ Cōstrue. [Oppida]. i. castra [iude]. i. iudei oppida incolētes. Et hic est methonomia: q̄ fit quādo cōtinens ponitur p̄ cōtento [deflebāt occasum]. i. mortē. d̄i de occido media breui. [iosue] causa metri s̄m p̄missa. [fons] d̄i a fouēdo [detestatur]. i. maledicit detestabiles reddit [cāpos macedonū] Macedonia t̄ps grece de qua natus est alexāder magnus. patet in hystoria sua: cui⁹ p̄riam incolē macedones dicunt. [et arbor]. i. arbor. d̄i em̄ hec arbor vel arbor [leges]. ¶ Lex d̄i a legēdo vel potius a ligādo. de lege et iusticia i iure in. v. ethicoz. Et istā materiā tractant iuriste etiā. [et pascha] illa festiuitas: d̄i a p̄phate trāsitus. Celebriant iudei pascha p̄pter trāsitū per mare

rubrum. Et illud erat figura illius quod celebramus propter transitum christi de morte ad vitam per resurrectionem. Declinat hoc pascha seche. p̄me declina: tonis. verū tamen reperit paschatism: non obstante auctoritate Jo. de birlādia. qui hoc prohibet. [nobile]. i. magnus excellens et egregium [merent]. i. plorant sua morte [omnis etas]. i. homines cuiuslibet etatis etiam merent. [et hieremias] ille ppheta etiam meret [p̄cipue]. i. maxime et ceteris: scilicet in libro Tre nor hieremie: hoc est in lamentationibus suis. Ista hystoria est cōtraria fabule p̄misse. quia ibi narrata est leticia et p̄pa propter ludos olympicos ab hercule repertos. hic vero tristitia et dolor et mestitia propter occasum regis iosse. potest tamen esse cōueniētia: primo in hoc quod hercules fuit vir strenuus: ita iostas. secundo in hoc quod sicut hercules instituit ludos: ita iste nobile pascha.

**Bum tonitrus simulat salmon et fulmia quassat**

**Lampade terrifica purens elidis arua**

**In medio pontis non passus iupiter hostis**

**Comparis arma sui deiecerat igne minaci.**

In hac parte p̄senti pseustis incipit allam narrationem. Et diuidit in duas partes. p̄mo p̄mittitur pseustis narratio fabulosa. Secundo alii theie sublungit veritas hystorica. secunda ibi Inscius. ¶ Dicit se textus quod salmon simulabat se deū per tonitrua et fulmia que fingebat et agitata per elidem ciuitatē. vnde iratus iupiter occidit eum fulmine tacto: et arma sua in mari. piecit. Ista fabula describit in. vi. eney. vbi dicitur. Et dii et crudelēs dātē salmōcas penas. Dñi flāmas ignis et tonitruū imitat olipt. Quattuor hic inuēt eqs et lampada q̄ssans. Per gramen p̄pos: medie quod per elidis urbem. Ibat ouans: diuūq̄ sibi posebat honorem. Demēs qui nimbus et non imitabile fulmen. Nere et cornipedū cursu simul arat equorum. Et dependet hec hystoria ab illa que tacta fuit ibi: imediate superius. Excedit laudes. quoniam belis est ciuitas in pede montis olympi: vbi erat pons quidam supra quez trāssbat iste rex salmon: qui vero nomine salmonēus dicitur. sed hic vocatur salmon metri causa. cum curribus et fragore marimo et rhedis illitis sulphure es accensis. et ita currens per ciuitatē videbat eū iupit̄: fulmiare volēs ciuitatē. que iupit̄ occidit et fulmiavit. quod ipse quod erat hō mortalis: p̄tātē deoz sibi vsurpare cupiebat. Ista hystoria fuit ut dicitur quod salmō dñs elidis sepe p̄certauit cū loue rege crethē seip̄m tñ iupit̄ a ciuitate sua expulit et ipsum nauali prelio superauit. ¶ Aliter dicunt alij quod salmon fuit homo liberalis et gratus populo suo. Unde ipse superbire cepit: et quasi voluit adorari tanquā deus. Ideo fecit sibi locum excelsum vnde videbatur emittere fulmina: tonitrua: et talia huiusmodi. sed dispositione vindicte occisus est. Et iste intellectus videtur bene esse conformis cum hystoria textus sequentis. Ibi in sequenti textu notatur illud salubre documentum. Non plus sapere quod oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Debet enim quilibet esse cōtēntus ea vocatione in qua vocatus est: nec in dementiam tantam deuenire. et illud quod non est in potestate sua vel infra se: si tamen audeat appetere vel aggredi. quod illud ē nimis p̄sūptuosus et superbus. Et si de supbia dicit aug⁹.

28

171

Terminus diuitiarum est superbia. Difficile enim est ut non sit superbus qui diues est. Tolle superbia: diuitie non nocebunt. Et illud patet ex ipso de salomone: inferius de nabuchodonosor. et idem de ciui. dei li. xiiij. Audeo dicere superbum esse ut ille cadere in aliquo aptum et manifestum peccatum audeat. vnde sibi displiceat quod iam sibi placendo acciderat. salubrius enim petrus displicuit quam presumpsit. Et greco. in moral. dicit. Radix quippe omnis mali et regina omnium vitiorum superbia est. De qua testatur scriptura dei. In initio omnis peccati superbia. Et septem principales vitia de superbia virulenta radice proferunt. scilicet inanis gloria. inuidia. ira. tristitia. gula. et luxuria. Nam quia his septem vitijs nos captos diabolus tenuit. ideo re deceptor noster ad spiritualis liberationis bellum septiformis gratie pleu venit: Alia plura que hic possent variis generis breuitatis omittuntur. [L. Ostruc.] Duz salmon. non dei salomone trissyllabum [simulat]. i. fingit [tonitrus]. actus est pluralis quare declinationis. reperit autem hoc tonitruum et hoc tonitruum. [quasi] dei de quanto tis. a supino ret est frequentatiuum. i. frequenter quod vel cutit vel quatiendo vibrat et mittit fulmia. [De modo pro que generant tonitrua exalatione calida et sicca: et de fulminibus tractat in. ij. methamor. ubi dicitur quod tonitruum esse sonus factus in locis nubium ex percussione violenta exalationis calide et sicce et inertes nubes. Et in. ij. li. Ille dico. [percurrere arua]. i. currens per arua. Et hic habet locum ista regula. Tantum facit propositio addita verbo per propositioem quantum faceret si adderet suo casuali per appositionem. quam notat alexander in tractatu de regimine: ibi Terbo proposito etc. [edilis]. i. illi cuius ratio [est] lampade vel claritate terrificam. i. terrorem faciente [iupiter] ille rex: vel ille spiritus deorum ad quem pertinet fulminare et tonare. vel notat virgil. i. iij. ency. In te cum fulmia torques. Ne quicquam horum. [non passus] illud [deiecerat]. i. deorsum iecerat vel deiciendo fulminauerat et cassauerat. [igne]. s. fulmie [minaci in medio pontis] hic pons pontis [arma sui] bitis]. s. salmonet [comparis sui] id est illius qui se sibi volebat comparare et imo equiparare.

**Inscius esse deus: nisi se rex assyriorum  
Rores et pluias septem tolerauit aristas:  
Bestia factus homo cunctis suadet in illo  
Discant nature contenti viribus esse.**

[Hic incipit ps. illa in qua actor noster ponit aliquod quod acciderit in quinta etate dicens quod nabuchodonosor rex assyriorum nullum deum recognoscens alium a se se peccata rores et pluias tolerauit. et ex homine bestia fuit effectus. exemplo cuius omnes edocentur ut sint contenti limitibus nature et terminis rationis. Et dicitur. iij. Reg. vlti. ca. quod nabuchodonosor obsedit hierosolimam. et ibi de hoc. Et per materia textus nostri expedienda: oportet facere magni saltum in bibliam. scilicet de libro regum transferendo ad librum danielis: dimittendo libros paraly pomenon. esdre. thobie. in dith. hester. iob. psalmiste. quatuor libros salomonis. ecclesiasticos cum ysaiam. hieremia baruth. et ezechiele. [Sciendum est] Daniel. v. c. habet quod balthasar rex babilonis in quodam conuiuio iussit afferri vasa que pater suus nabuchodonosor de templo hierosolime asportauerat et bibit in illis. tunc apparuerunt in aula digiti manus: scribentes circa eadem labrum in superficie parietis aule sue. Scriptura autem erat. mane thete pba

a serpentibus: et per istū ceres dedisse semina et fruges toti mūdo. dum autē iste venisset ad domū linci regis: voluit eū occidere lincus. sed ipse per cererē mutatus est in lincē. q̄ suū militē occidere parauerat. Veritas hystorica vt dicitur fuit: q̄ ceres fuit dñsa ditissima: q̄ tpe cūfūdā famis acerbe per tritholomū. pcuratorē suū vendi iussit frumētā in diuersis p̄tibus orbis. Ista fabula sic exponi p̄t. Ceres est deus pater. tritholom⁹ ē christus vel filius dei incarnatus: qui seminauit legē et semē fidei nostre fructuosum. filia cereris est aīa humana que per peccatū et p̄uaricationē p̄ thoplausti p̄dita erat. lincus est populus iudeorū qui effectus est obstinatus et bestialis. Aliter ceres est xp̄us qui postq̄ filiā suā aīam de penetralib⁹ plutonis. i. diaboli liberasset etiā totū mūdū consequēter post resurrectionē et ascensionē suā recreauit per semina euāgelij publicata per tritholomū. hoc est per discipulos suos. q̄ in oēm terrā exiuit sonus eorū etc. Aduertendū est cōforniter ad textū q̄ in p̄ma etate homines vescebātur glande et fructib⁹ naturalib⁹ in siluis et agris sine cultura crescentib⁹ vt dicit Boetius q̄nto de consolatione p̄bie. felix nimīū pot̄ etas. cōtenta fide libus aruis. nec inertī p̄dita luxu. facile que sera solebat. ieiunia soluere glande. Tales fructus maxime abundanter crescebant in dodona. que semel sterilis fuit. Ceres autē querēs filiam suā instruxit tritholomū filij cuiusdā hominis: in cui⁹ domo recepta fuit agriculturā. hēbat autē iste curam cereris tractū a serpentib⁹. quia fm̄ veritatē tritholomus erat homo astutus et prudens. p̄ hisce ceres p̄t significare vim naturālē productiua reꝝ per calorē et humoiē: cui⁹ dicitur filius p̄serpina. q̄st. p̄pe terram serpens. quia in celo luna est inferior planeta que dñatur supra humida et ea nō vigente in reb⁹ sit sterilitas. q̄ deficiente humore fructus non pullulant. ¶ Construe[re] dodona illa silua q̄st dans dona [gnosia] adiectiuū est gnosis sila. s̄. i. cretēsis a ciuitate illius patrie sic dicta [quateret]. i. p̄duceret et emitteret. vñ quateret significat cōmouere: p̄cutere: p̄cutere: vexare. et habet cōposita p̄cutio: p̄cutio: incutio: discutio. ita dicit catholi. [racemos raros]. i. paucos fructus. et hīc nomē sp̄i sumit̄ pro nomine generis [ceres] illa dea frugū q̄st creans res [mater larga miserata] de miserorū ris d̄. et non de miserorū [homines supple peuntes fame] hec fames mis. [mis mūdo] d̄: a mūdando per antifrasi: q̄a mūdus non mūdatur: sed magis pollutit: ergo q̄ manet in mūdo quomō mūdus erit. [tritholomū] illum virū. et hoc dico [serpēte quodā ministro]. i. ministrante sibi [qui]. i. tritholomus [mōstrauit] sine de: et tūc textus est sp̄m et nō sp̄m. Si autē textus sit demōstrauit: tūc dicit sp̄m monosyllabū [p̄mū] sp̄m vel speciem [ariste]. i. frugum bladi vel segetis. Et dicitur de arco ares [terre]. i. terrenis hominibus.

**Nubes ethereas precibus obstruxit helyas**

**Gramina nulla super madidus stillaret vt ymber**

**Dulsus humo patria bibit a torrente propheta**

**Suffecit pastus quem detulit assecla coruus.**

¶ In hac p̄te alit̄bia incipit ponere hystoriā de populo isrl̄ q̄n regnū eorū fuit diuisū p̄t̄ p̄t̄a populi. et diuidit̄ i duas. p̄mo poit̄ gesta tpe malorū



feco tēpore quorūdā bonorū ibi. occasum iohē. Item p̄ma i tres. sc̄ba ibi.  
 Effugiū terre. tertia ibi. Addictus morti. In p̄ma parte d̄: sic. ad p̄ces he-  
 lye nubes celi obstructe fuerunt ita vt nullus humor caderet supra her-  
 bas terre. p̄pter q̄d ip̄e expulsus ē a patria: bibit de torrente: et comedit  
 pastum sibi allatum per couiū. Hec hystoria habetur. iij. reg. xvij. ca. vñ  
 helyas homo diuinus exorauit deū vt non plueret super terrā ānos tres  
 et mēses sex. quia videbat iesabel reginā gentilem volentē cogere popu-  
 lum israel sacrificare ydolis. postea autē orauit amore populi israelitici  
 quasi geuntis vt plueret: et pluit. Unde dicit in capitulo allegato q̄ fa-  
 ctum est verbum dñi ad helyam dicentis. Recede hinc et vade cōtra oriē-  
 tem: et abscondere in torrente charith qui est contra iordanē. et ibi de tor-  
 rente bibes. et ita fecit. Comi quoq̄ deferebant ei carnes et panem. et sicca-  
 to illo torrente iuxta mandatū dñi iussit in sarreptā sydonioꝝ. et ibi a qua-  
 dam vidua nutritus ē. Ex hystoria patet q̄ efficax est oratio viri iusti ap̄  
 deum. quia multū valet deprecatione iusti assidua. vt dicit beatus iacobus  
 in epistola sua canonica ca. v. vbi allegat hanc hystoriam. Est enī oratio  
 quasi n̄scia quam ad deū pro parte nostra mittimus. que si fuerit iusta  
 et honesta: eam porrigamus humiliter et deuote exauditur. quā vt dicit  
 aug. in quodā sermone. Oratio si pura est si casta fuerit celos penetrans  
 vacuo nō redibit. Et idem alibi. Oratio oranti est subsidium: deo sacrifi-  
 cium. demonib⁹ autē est flagellū. Et ambrosius sup̄ psalmū dicit. Despicit̄  
 tur orationes leues: diffidentes inutiles: seculi curis anxie: et rerum corpo-  
 raliū curis implicite. bonorū autem operum fructibus infecunde. Et cas-  
 sio. super psal. Oratio serenat cor: abstrahit et mūdāt a vicijō: subleuat ad  
 celestia. reddit capatius et dignius ad accipienda dona spiritualia. Iesa-  
 bel significat dyabolum qui homīes faciebat ydolatrare. Helyas autē est  
 christus infringens potestātē demonis. et ante aduentum christi cessabit  
 pluuia et ros p̄dicationis dñi. q̄ helyas bibit de torrente in via dicit in  
 psalmo. hoc est q̄ xp̄us bibit de torrente in hac valle miserte. q̄a vere lan-  
 guores nostros passus est: et pro nobis mortuus est. comi hoc est peccato-  
 res ministrabant christo necessaria vite. Finaliter helyas delatus est i ce-  
 luz i curru igneo. scilz post resurrectionē elus. vt aperit textus sequens.  
 ¶ Construe [belias] ille p̄pheta [obstruxit] id est clausit: et plure nō pas-  
 sus fuit [nubes ethereas] id est aereas. quia fm̄ veram philosophiā nu-  
 bes sunt in aere. et sunt vapores humidi eleuati a corporibus humidis. vt  
 ab aquis et talibus per calorem solis in aerem. scilicet in mediā regione.  
 seris. Et istis nubibus coadunatis ipse graues fiunt et cadunt. et ex hoc  
 causatur pluuia. sicut magis declaratur sup̄ primo metheroꝝ [p̄cib⁹]  
 suis. Hec est tertia species celsure que dicit̄ postseptimemeri. quia vltima  
 de precis breuis est. et hic p̄ducitur in p̄ncipio quarti pedis [vt null⁹ ym-  
 ber] dicit̄ ab inebriando. i. fecundando terrā. i. nulla aqua: nullus humor  
 nulla pluuia [stillet]. i. stillando caderet [sup̄ gramia]. i. herbas. Et hic  
 p̄positio postpositi suo casu i per figurā que dicit̄ anastrophe. vt apud  
 vñ. iij. Trāstra p̄ etrenos etc. Et vt dicit donatus quādo d̄: pubetenus  
 [p̄pheta]. s. helyas d̄: a p̄cul et for̄ faris [pulsus humo]. i. a tra [patria]  
 adiectiū est [bibit a torrente] et d̄: a torreo. i. voluo. Unde ebardus. To-  
 ens est veniens aqua. ex nubibus liq̄ factis [passus]. i. cibis nutrimentū

et dicit de pascuis. [sufficit] sibi [quem] pastum [comus] illa aus [asse-  
cla]. i. minister nūcius. Dissēctā sū catholicon dicit de assequor: scriu<sup>9</sup> vel co-  
mes qui sequit aliquem [derulit]. i. sibi apportauit. Sequitur textus.

**Gorgonis effugie mortalis vertitur y de**

**Nam qui viderunt quasi lapides dirigerunt**

**Belloiophon monstro cum palladis arte perempto**

**Comit equi pennis: et se dimisit in auras.**

¶ Hic pseustis ponit altam fabulā: et dicit q̄ mortales homines verteban-  
tur a gorgone. ita vt qui eam viderent rigore lapidis p̄traherent. Dicit  
p̄terea q̄ belloiophon monstro deuicto et pempto per artem palladis co-  
mit. i. omat equū suū et volauit per sera. Sciendū est q̄ i hoc textu du-  
plex potest esse lectura. Prima est vt in istis quatuor versibus tantūmō  
tractet vna materia. s. de perseo qui supauit gorgonē: qui pseus alio no-  
mine appellatur belloiophon vt inquit. Secūda lectura esset vt in duo-  
bus p̄mis versibus tangat fabula de perseo et gorgone. in secūdis de bel-  
loiphōte. Aggrediendo ergo primā expositionē hec fabula describit ab  
illo ingenioso poeta ouidio sepe cōmemorato in quarto methamorpho-  
e circa finem. Hōse cōmunes grecisunt super illo versu in trinitatib<sup>9</sup> poeti-  
cis. Gorgones tres monocule que fuere sorores. dicit sic. p̄horcus q̄dā  
rex fuit qui habuit tres filias. s. medusam: curialem et stēnio. quib<sup>9</sup> morte  
supuente ipse reliquit regnū. Iste tres solum habebant oculū: et gor-  
gonee vocabant. medusa autē omnes cernentes se mutabat in lapides.  
sed missus est perseus ad gorgonē interficiendā. et habebat arpez gladiū  
mercurij: et scutū palladis cristallinū. Unde medusam auxilio et p̄silio pal-  
ladis interfecit: cui cum arpe caput abscinderet: ex sanguine eius ortus  
est equus pegaseus alatus. Veritas hystorica fuit q̄ p̄horcus rex tres fi-  
lias habuit: illas scilz que habere vnū oculum dicunt. quod nihil aliud ē  
nisi quia successerūt in regnū patrie: et fere ipse tres vnica et consimiles  
puleritudinē habuerūt. vnde monocule nūcupant. Dicunt p̄sequēter ille  
glose pro allegoria q̄ p̄horcus. i. mentis grauitas quam timor comitat  
habuit tres filias. Stēnio interpretatur carnis debilitas. Curiale lata p̄-  
funditas vel cogitatio fluctuans et instabilis. Medusa oblitio desp̄atio  
vel terror: que etiā ceca dicit. Cecus est dicit ille quē comitant ille tres so-  
rores. Medusa vero se intuentes in lapides cōmutabat. i. ille qui habet  
tria vicia durus quasi lapis efficitur. Perseus ē homo virtuosus. Arpe  
mercurij ē bona facultas. Clipe<sup>9</sup> palladis est sapia cum quibus vicit illa  
tria vicia. Per pegasum equū alatū et diurnū illius bonā famā p̄ceden-  
tē ab opationib<sup>9</sup> virtuosse intelligim<sup>9</sup>: que per torū mūdū ḡsialiter diuul-  
gatur. Dicunt autē gorgones q̄si terre cultrices. ge enī est terra: orge cul-  
tura. Er quib<sup>9</sup> apparet q̄ ad supandū hostes feroces nō minus requirū-  
tar sapia q̄ bellica arma. Ultra ista aliter potest exponi hec fabula. Gor-  
gones iste sunt aduocati qui homines lapides id est stupentes et admi-  
rantes eos reddunt: qui oēs habēt vnū oculū. hoc ē vnū gen<sup>9</sup> malicie ad  
extorquēdas pecunias: et istū oculū. i. sensuz naturalē quem appellant: et  
istam prudentiam et sapientiam mūdū aufert mores: et eos dimittit sine

capite rationis. et ita mouetur et a perseo vincitur. Mel perseus est chris-  
 stus natus de danc virgine gloriosa. Ande dicit Fulgentius: q̄ perseus  
 occidit medusam. i. statim cū aliquis facit aliquod notabile factū statim  
 nascit equus volucris. s. fama publicans illud. quā famā pulcherrime de-  
 scribit Virgilius. iij. encydos: et late dicit. Fama malū quo nō altud ve-  
 loci? vilū Mobilitate viget. viresq; acq̄rit eundo. Parua metu p̄mo et.  
 Circa alios duos versus sciendū est q̄ aliter dicit alij de inuentione pe-  
 gasti. qui p̄cussione sui pedis fontē in elichone monte miuianū fecit. An-  
 d̄ pretus vel preto rex libye duas vxores habuit. De p̄ma puerū habuit sa-  
 gacissimū: pulcherrimū. fortissimū et generosissimū. et dicit est bellopho-  
 n̄. Prima vxore mortua habuit scdam que istū puerū p̄cipuit: et q̄a ip̄e si-  
 bi obt̄perare noluit. idō erga maritum suū eum accusauit. Quō audito  
 pater decreuit eū mittendū ad quoddā monstrū scilicet supandū. s. chime-  
 ram. que a parte supiorū erat leo: i medio hyrcus: et a parte supiorū serpens.  
 Iste inuentis istud monstrū supauit: et pegasum equū acq̄siuit. Veritas  
 hystorica fuit: q̄ in sicilia erat quidā mons piculosus: in cuius pede leo-  
 nes bitabant. in secūda hyrci siluestres fortissimū: in tertia serpentes. In  
 hūc montē accusatione nouerec sue iste puer missus est: sed omnia euasit  
 et chimera supauit. Istud monstrū p̄t significare meretrices quālibet.  
 iuxta illud. Om̄is re vera meretrix est dicta cbimera. Est leo pare p̄ma:  
 mediū caper: anguis ad. p̄ma. Est leo per fastus: capra sordibus: anguis  
 ad astus. Aliter iste mons est iste mūdus qui habet tria genera ferarum  
 In p̄mo gradu sunt leones violenti raptores impij et supbi. In scdo sūt  
 hyrci fetidi et luxuriosi. In tertio sunt serpentes et diuites astuti et auari.  
 Bellopho-  
 n̄ autē. i. xp̄us vel quilibet virtuosus ista supat. et sic mundū  
 sine piculo euadit. Et hec fabula allegari p̄t c̄tra maliciā nouerecarum.  
 ¶ Adstrue sic [yde] dicit glose cōmunes fuit regina quedā que mutata  
 fuit a medusa. sed ego illud nusq̄ reperio. Et ego credo q̄ melius glose  
 tur sic [yde]. i. forma. et est nomen grecū. et declinat hec yda ydos. et inde  
 ydea et ydos et alcides [mentalis] s. humana [vertitur]. I. mutatur [effigie  
 gorgonis]. i. meduse [nam] pro quia: illi [qui viderū] illū [diriguerunt]  
 id est rigidi facti fuerūt quasi lapides [bellopho-  
 n̄] ille vir [comit] id est  
 ornat [pennas] id est crines equi sui [et dimisit se in aera]. id est in aera.  
 et hoc dico [mōstro pempto] id est occiso [cū arte palladis] illius dea que  
 est dea sapientie. Monstrum est vt dicunt philosophi naturales effectus  
 veniens extra semper et frequenter cum dispositionibus sibi aut speciei  
 sue disconuenientibus. Et potest in genere venire quadrupliciter. Pri-  
 mo ex parte materie in se. Et hoc dupliciter. vel propter defectū vel pro-  
 pter abundantiam. Secundo modo ex dispositione ipsius materie. vt si  
 sit nimis sicca et non fluxibilis: sic generatur gnauus et eouerso. Ter-  
 tio ex continente materia: sicut si matrix aliq̄d rumpatur et erit aliqua  
 portio materie: et sic fit bonto gibbosus. Quarto modo ex parte agen-  
 tium vel superorum vel particularium. et de istis latus videatur in scdo  
 do p̄ficcōrum circa finem.

**Effugium terre iesabel obstruxit helye  
 Cum distractus equis apparuit igneus aris**

**Flāmea que venit vatem quadriga leuauit  
Spiritus heredi geminatur amore magistri.**

¶ Hic alithia subiūgit hystorā suā q̄ dependet ab alia tacta prius. **Di-**  
**citur ergo q̄ helye nō est relictus locus p̄ quē effugere posset: sed oīs impe-**  
**ditus fuit p̄ iezabel. dicit vltim⁹ q̄ ip̄e helyas fuit cū curru igneo duct⁹**  
**eleuat⁹ i celi. dicit final⁹ q̄ spūs pphetizādi quez hēbat helyas gemiat⁹**  
**est in discipulo suo helyseo. hęc hystoria describit. iij. Reg. 3. r. caplo.**  
 ¶ Quantū ad p̄mū versū: vbi dī. **Misciauit aut̄ achab iezabel oīa q̄ fece-**  
**rat helyas. et quō interfecisset oēs pphetas baal gladio. misitq̄ nunciū**  
**ad helyā dicens. hęc mihi faciāt dñj et hęc addant: nisi hac hora cras po-**  
**suero aīam tuā sicut aīam vnus ex illis. Timens ḡ helyas fugit: venitq̄**  
**in bethabee iuda. et dimisit ibi puerū suū et iuit in deserto: et p̄tuit a**  
**dño. Dñe sufficit mihi: tolle aīam meā. Et p̄icit se i obdormiuit in vni-**  
**bra tuniperi: i sibi apparuit angelus dñi. Et ibi p̄iter ap̄t. ¶ Ex ista par-**  
**te elicif vnū documentū. s. q̄ nullus ppter veritatē vel diuini cult⁹ v̄l fi-**  
**dei assertōem vel exaltatōem d̄ aliq̄d damnū incurrere: nec a potentib⁹**  
**debet quōq̄ modo affici. v̄l l̄ati veritatē: i quid agēdū et dicere i asse-**  
**re debēt. Sed sunt aliq̄ cupiētes eos impedire ne veritatē dicāt. vel post-**  
**eam dictā volūt eos aliquo mō opprimere: i hoc ē vere tyrānizare. p̄er-**  
**mittant ḡ libere loq̄ quecūq̄ s̄m deū i iusticiā dici debeāt: saluo tñ sem-**  
**per honore regio. Heritāme v̄t dī in ethic. Si veritas i amicicia dissen-**  
**tiant: veritas est amicicie p̄ferenda. Et malicia vel tyrāntica cōditio ist⁹**  
**regine iezabel in hoc nō est imitāda: sed sceleratissima reputāda. ¶ Circa**  
**aliā partē sciendū est q̄. iij. Reg. 3. ca. habet quō helyas cū discipulo suo**  
**helyseo de galgalis trāssuit in bethel. de bethel in hierico i deinde in toz-**  
**danem. i tulit helyas palliū suū i iuoluit eū. et p̄ussit aquas que diuise**  
**sunt in vtrāq̄ partē: i transferūt ambo p̄ sicch. Et dixit helyas ad helyse-**  
**um. Postula a me q̄d vis vt faciā tibi anteq̄ tollar a te. Dixit helyseus.**  
**Obsecro vt fiat spūs tuus duplex in me. Et ecce currus igneus et equi**  
**ignei. Et ascendit helyas p̄ turbīnē in celū. i clamabat helyse⁹. P̄dā mī-**  
**pater mī. Et scidit helyas vestimēta eius in p̄es duas. et eleuauit palli-**  
**um helye q̄d ceciderat ei: i illo p̄ussit aquas et nō sunt diuise. Et dixit.**  
**Ubi est deus helye? Et iterū p̄ussit i diuise sunt. et trāssuit aquā. Eiden-**  
**tes hoc filij pphetay q̄ erāt in hierico dixerūt. Requeit spūs helye sup̄ he-**  
**lyseū. i veniētes in occurū eius adorauerūt eū. p̄nt in terrā. ¶ Et p̄iter**  
**tangit q̄lter misit sal in aq̄s: et dixit. Sanauit aquas has: et nō erit v̄ltra**  
**mors neq̄ sterilitas. Dicit glosē q̄ iezabel. i. iudei vel synagoga. helyam**  
**id est xpm̄ morti tradidit. q̄ xpus a morte resurgens in celos ascēdit. De**  
**lyseus aut̄ de p̄catus est vt spūs helye in eo duplicaret. i. anteq̄ ascende-**  
**ret discipulis suis dedit sp̄m̄ sc̄m̄. vt in die p̄t̄becostes in igne i linguis**  
**¶ Aduertendū est q̄ boni discipuli est optare vt maḡi spūs in eo dupli-**  
**cef. i. d̄ diligēter laborare exercēdo se in studio: vt possit maiore sc̄e gra-**  
**dū in duplo attingere i h̄e q̄ sit ille quē habuit magister suus. h̄ oc asit**  
**fieri poterit vt de facultate oratoria dicit Lice. Arte imitatōne i vsu vel**  
**exercitio. ¶ L̄ostrue. [Iezabel] illa regina. nomen est indeclinabile [ob-**  
**struxit]. i. clausit et impediuit [helye] isti sancto p̄bete [essugiu] iocitur**

de effugio gis. s. recessum vel fugā: vel locū per quē effugere v̄ euadere  
 possit. [terre cum axis] axis est pars curr⁹. et in tractatu de spha 6: linea  
 transiens per centrū sphae applicans extremitates suas ad circūferentiaz  
 et vtraz pars sphae dicitur axis sphae. Unde axis denotat volubilitatē cir-  
 culi vel sphae circa ipm̄ q̄b̄ cōnotat dyameter. et in hoc est differentia in-  
 ter ea [axis igneus]. i. currus igneus. et sic hic elicit synodoche. [disfract⁹]  
 id est diuersimode tractus [apparuit] helye [quadriga] dicitur de quattuor  
 et iugum [flāmea] quasi ignea que venit de celo [leuauit]. i. eleuauit [va-  
 rem]. i. istum pphetam. et sic sumitur in bono significato [spiritus] pphete  
 tic [geminat]. i. duplicatur [heredi] scy helyseo [amore magistri] sui. s. he-  
 lye. Magister dicitur a maiori statu. In istis duabus hystorijs est facillitē cō-  
 paratio. Primo largitas ceteris et sterilitas helye: vt dicitur glose. Quā-  
 tum ad illam partē Hubes ethereas et. Aliter dicitur q̄ sicut in illa fa-  
 bula gnosia et. facta est mentio de bonorum abundantia data a cerere:  
 ita ibi Hubes et. de bono et pluuie carentia facta ab helya. Ista autē  
 p̄sens hystoria cōuenit cū p̄cedenti fabula in hoc q̄ sicut peruersus delat⁹  
 est per auras cum pegaso equo: ita helyas in curru illo. et sicut gozons  
 iste erant mulieres puerse: ita ista regina lezabel fuit pessima. Item si-  
 cut bellophon habuit artem palladis. s. sapientiā: ita helyseus spiritus  
 magistri sui duplicatum.

**Tithonus ibalamis dignatus auroza superbis  
 Augendo vitam mutauit in vsqz cicadam:  
 Extinctum troie sepeliuit mēnona longe  
 Annua cuius aues venerant festa frequētes:**

¶ In hac parte p̄sens. p̄ libito incipit fabulari seu disputare. et dicit q̄  
 tithonus fuit maritus auroze: qui vitā suam tantū p̄duxit donec in cica-  
 dam mutatus fuit. Dicit p̄terea q̄ mēnon filius auroze mortu⁹ est i bel-  
 lo troiano et sepultus ab ea. cui⁹ festa ab auiibus annuatim celebrantur.  
 ¶ Hec fabula p̄tum ad primā partem tangitur in. iij. eney. a virgil. vbi  
 dicit. Tithoni croceū linquens auroza cubile et. vbi patet q̄ textus est ti-  
 thoni sine r. in prima syllaba. Fuit autē iste tithonus frater laomedōnis  
 patris priami regis troianorū. ¶ Huius fabule veritas hystorica est q̄ ti-  
 thonus fuit rex potentissim⁹ orientālē terre partē inhabitans: ideo ma-  
 ritus auroze dicitur. Auroza enī est hora matutina qua sol orit: et dicitur ab au-  
 ra. Est autē aura ventus dulcis qui tūc flare solet. Duratus est iste in cica-  
 dam aīsal paruulū garrulū. quia in senectute sua more aliorū senum fuit  
 garrulus: iuxta illud Quidē. Sola fortes garrulitate senes. Alie autē  
 sunt p̄prietates que faciunt ad recōmendatiōem senectutis: videātur a  
 tullio de senectute: qui incipit. O tyte si quid ego adiuto curā ne leuasse  
 et. ¶ Circa secundā p̄sentis terrus particulā sciendū est q̄ vt habet. xij.  
 methamor. vbi describitur luctus auroze de morte mēnonis. Et dicit Qui-  
 dius. Luctibus est auroza suis intenta. P̄diag nūc quoqz dat lachrymas  
 et toro rotat in orbe. Et de mutatione mēnonis in volucres dicit. Et p̄mo  
 similis volucris: nunc vero volucres et. Unde mēnon iste iuit ad troiam  
 et ibidem interfect⁹ est. Ipse autē a matre sua fuit in rethēo p̄mōroio tro-

sano sepultus. et aues singulis annis festa eius celebrare dicunt. ¶ Eri-  
 tas fuit quod mēnon vir strenuus fuit occisus et ibi sepultus. et iuxta sepu-  
 crum eius solebāt aues quā plurime nidificare. ¶ Dicitur aliter quod dum sepe  
 liebat mēnon et fiebat ignis rogalis assiterūt aues: quāz due ceciderūt  
 in ignē et mater credidit ideo filij aiam vel cineres trāsmutari in aues.  
 ideo voluit quod ministri singulis annis illic duas aues sacrificarent ad ho-  
 norē filij sui. Ex hac parte elicit pie matris officiū sepeliētis filij suū defun-  
 ctum. et parte lachrymātis et gemētis: et oratiōes et obsecra p ipso facientis et.  
 ¶ Cōstrue. [Aurora] illa regina [dignās] dicitur de dignorū. i. dignāter acci-  
 piens [thalamis] suis. iuxta illud. Sic thalamū sponsi et. [supbia]. i. no-  
 bilibus et pōpulis [titihonū] illum virū [mutauit] est [augēdo]. i. p̄trahē-  
 do et p̄ducendo [vitā] suā [in vsq̄ cicadā]. i. in illud aial puulū: quōd cātar  
 p̄ estatē totā in cauernulis terre. per quōd intelligunt hoies ociosi et bediti  
 lasciuiss et voluptatib⁹ mūdānis: nihil curantes nisi locos et illecebros.  
 Dicitur autē cicada quāsi cito cadens. i. mortis. [Aurora] sepeliuit mēnona  
 id est mēnonā. actus est grecus [extinctū]. i. suffocātū. interfectus. occi-  
 sum [troie] nomē est villeret est dissyllabi. et dicitur a troe rege: et ista est i frī-  
 gta. et inde troius troia troiū dissyllabi. et troian⁹ na. num. et tros troie. i.  
 troian⁹. et troas dis. v. l. dos. i. matrona trolana. Longe pōt esse aduerbiū  
 qualitatis: vel pōt esse nomē [longe]. i. pōpōse. ample. magnifice [cuius]  
 mēnonis festa ānuā. i. ānuatim iterata [aues] dicitur ab auēdo. i. cupiēdo.  
 vel ab a quōd est sine et via [frequētes]. i. frequētantes. nomen est pio parti-  
 cipio. [venerātur] id est honorātur. verbū est cōmune hic actiue vel trās-  
 tiue postum.

**Addictus morti faciem rigat ymbre salubri**

**Rex ezechias et fati distulit horas:**

**Ne dubitaret item se pmeruisse salutem**

**Lora sui cursus sol retroflexit anhelus.**

¶ In hac parte ponit alithia suā recreatōem: dicitur quod ezechias rex mor-  
 ti adiudicatus fleuit: et tempus mortis sue dilatauit siue dilatatum fuit  
 a deo. et ne dubitaret quā salutem et vite plōngatiōem meruisset sol qui  
 cōtinue mouet ad mortuū spere deferentis cursum suū reflexit ad ortu.  
 ¶ Defens hystoria habetur originaliter. liij. Regū. xx. ca. vbi dicitur. Egro-  
 tauit ezechias vsq̄ ad mortem: et venit ante eum ysaias filius amos p̄-  
 phete: dicitur ei. Hec dicit domin⁹ deus. p̄cipe domui tue. morieris em̄  
 et non viues. Qui cōuertit faciem suā ad parietem: et orauit dominū vi-  
 cēns. Obsecro domine: memento quomō ambulauerim in veritate corā  
 te. Fleuit itaq̄ fletu magnō. Et factus est sermo dñi ad ysaiāz dicens. Re-  
 uertere et dic ezechie. audiui orationē tuam et addaz diebus tuis quā-  
 decim annos. sed et de manu regis assyriorum liberabo te. et ciuitatem  
 hanc p̄tegā et. Et dixit ysaias. Afferte massam succorū. Quā cum po-  
 suisset super vlcus eius curatus est. Et dixit ysaias. His vt ascendat ym-  
 bra decem lineis: anvt reuertat totides gradibus. Et ait ezechias. Facile  
 ē ymbra crescere decē lineis: nec volo vt hoc fiat. s; vt reuertat retro: s;

deces gradibus. et ita factum est. et illud sufficit p textuali expostioe. Alia eiusdem capituli dimittunt tanq̄ imprinētia. sicut factuz est semp in pcedentib⁹. ¶ Ezechias representat quelibet peccatorē cui cōcedit deus spacium penitētie intāsi q̄ etiā p̄iora crimia et pctā pōt p̄tritoem. p̄nias. satisfactōem et p̄fessionē emēdare. Dñs em̄ nō vult. mortē pctōis. sed magis vt ouertat et viuat. Et hic aliq̄r tangi posset materia de cōfessionē: quā vide i illo libello metrico q̄ incipit Peniteas cito peccator. et materia illa ad longuz tractat. itē. sniaz. Verum est tñ q̄ notari volo illud qd scribit Marc. i. cap. Penitemi et credite euāgelio. et. ¶ Aliud documentum est hic. s. q̄ multū valet oratio cū fetu et amaritudine cordis. vt etiā talis oratio impetret sanitatē corpālē. imo et vite plongatōem ultra periodū naturalē: vt hic. Ideo facta est illa cōsuetudo et religiosa: qua peregre ecclesias de: beate marie et alioꝝ scōꝝ et sanctaꝝ visitare solem⁹. dū modo tñ intētio sit recta et petitio nō sit rōni dīsona. ¶ Cōstrue. [Ezechias rex] israelita [addictus]. i. ad iudicatus vlt̄ deputat⁹. et est text⁹ melior q̄ adduct⁹ p u. [morti rigat] actiuū est aut absolutū [facies] suā [p̄mbie] id est aqua et lachryma [salubri]. i. salutifero et vtili. [et ip̄e distulit]. i. p̄lōgavit [horas fati]. i. mortis sue et ne ip̄e dubitaret se p̄meruisse [item] id est itē. d̄: aut̄. p̄mercor de p̄ et mereor [salurē]. i. vite dilatōem: imo [vlt̄] id ē certe sciret [sol] d̄: quasi solus lucēs. et est med⁹ inter alios planetas: vt dicūt astrologi. sicut rex in medio regni [anbel⁹]. i. festin⁹ vel fatigat⁹ vel velor. [cursus flexit retro] locū ē habena eq̄. hoc solū methaphorice et poetice attribuitur [sui cursus]. i. mor⁹. ¶ Iste versus ē astrologie quo ad sniam. q̄ in eo tangit̄ de sole. de motu eius. de retroflectōe vlt̄ retrogradatōe. de quibus videat̄ in secūdo celi et mūdū: et tractatu de spera. Ista hystoria cōuenit cū p̄cedēti narratōe fabulosa vt poetica in hoc q̄ sicut titboni vita aucta ē et in cicadā cōmutata ē ita vita ezechie. et sicut cōtra naturā est cineres mutari in aues: ita q̄ sol retroflectat̄ a motu suo.

**Excedit laudes hominū qui primus agones**

**Instituit fieri sub vertice montis olimpi:**

**Ardua victrices obnubit laurea crines**

**Ducit pompa domū: sequitur cōfusio victum.**

¶ In hac parte. p̄ponit pseustis aliā hyst̄ oriā. puocādo alit̄biā. et dicit q̄ ille q̄ prim⁹ instituit agones nō pōt sufficēter laudari ab hoib⁹. q̄ in illis coronabant̄ laurea q̄ obtinebāt triūphū: et ducebant̄ domū cū pōpa et solē nitate. illi vero q̄ vincebant̄ erant cōfusi. ¶ Ideo istius textus elucidatio ne est aduertendū q̄ vt dicūt glose cōes: hercules postq̄ a diuersis victoribus insignis in greciā rediisset et iam cōfectus labore pariter et etate quietam vitam ducere delegisset: iuxta olimpiū montem cōsedit. et ne homines a virtute desisterent: inertēq̄ consumerēt vitam: diuersi generis ludos instituit quos olimpicos ab olimpo monte vocauit. ¶ Itaz alij cursus: alij luctatōe: alij alij pugnis int̄ se decertabāt. et q̄ legitime certassent: et in agone p̄sistissent: laurea corona p̄miabant̄. vt phus. i. ethi. ait. Frustra teste ille fortissimus athleta mīlo crotoniensis q̄nq̄es victor euasit. Sūt tñ qui dicunt olimpicos ludos a ioue institutos. nā in olimpo mōte ip̄m

## Theodoli

res. hoc est dictu si bene cuncta notares vasa repositares et meliora bares  
et verba danieli ubi supra posita sunt hec. Rex deus altissimus regnum et  
magnificentiam dedit nabuchodonosor patri tuo. et eleuatum est cor eius: et  
obstinatus est ad superbiam. et depositus est de solio regni sui et eiectus est. et cor  
eius cum bestiis positum est. et cum onagris erat habitatio eius. fenum quoque ut  
bos comedebat donec recognosceret deum superiorem suum. Tu quoque qui es  
filius eius non humiliasti cor tuum: tu et primates tui: uxores tue et concubine  
tue vinum bibistis in vaso domini. ideo deus describi fecit hanc scripturam. Ex  
hac narratio apparet quod displicens est deo quod ecclesie a dominis temporalibus spo-  
liantur: ut vasa seu alia ornamenta rapiant et ad alios usus transferant. et  
ideo summa diligentia faciendum esset edictum quo arcerentur homines armati no-  
biles et alij ad mandatum principum vententes: ne ecclesiasticas domos opp-  
merent. Sciendum est etiam quod iste nabuchodonosor mirabiliter persecutus est iu-  
deos. et ideo volebat quod alius a se non adoraretur ut deus. cui nolentes ydola-  
trare nec obedire tres iuvenes. scilicet sydrac: misac et abdenago. qui alijs no-  
nibus dicuntur ananias azarias misael: quos fecit mitti in fornacem ignis  
ardentem. ubi coposuerunt illi psalmum. Benedicite omnia opera domini domino et c. Et ille  
si euaserit protegente deo. punitus est iste rex ut sibi videretur esse bos. et vi-  
xit in agris ut tactus esset prius. Iste nabuchodonosor potest significare lucife-  
rum: qui quoniam sedem suam voluit ponere in aequone et esse similitudo altissimo de-  
tectus est a celo. Et a proprietate omnis diues superbus et nimis elatus animo sin-  
gatur per istum. Sunt enim aliqui adeo bonis temporalibus execrati quod non reco-  
gnoscat deum. Et per eum fingatur quilibet princeps tyrannus non humiliatus se  
sub omnipotentis manu dei. nec recognoscens quod omnis potestas a domino deo est. Tales  
enim sunt adeo infirmi ambitioni pompe et superbie non cognoscunt se fragiles esse  
et mortales. ideo sunt brutales et bestiales: et nisi respiciant in morte ad lo-  
cum penarum detrudentur. ¶ Construe [rex assyriorum]. scilicet nabuchodonosor [in-  
scius]. id est non sciens deum aliquem esse nulli se tolerauit scribi debet per vinum. id  
est prima est breuis [rores et pluuia]. Qualis ista generent videat primo  
methacor [septem annos]. id est septem annos. Arista est spica bladi dicta ab a-  
reo aere. et hic capite pro anno. quia ad innovationem aristarum sequitur renouatio  
annorum. et in hoc est species tropi. scilicet methalesis. de qua alexander in finali tra-  
ctatu sui libri ait. Pro preterite sequens postum facies methalensium. et in hoc  
quod ibi suppletur propositio potest esse eclipsis [homo]. scilicet nabuchodonosor est [fa-  
ctus bestia] hoc est videtur sibi esse bestia. et ergo [suadet]. id est monent: impo-  
naliter tenent cunctis hominibus [in illo]. id est per exemplum illius ut discant esse co-  
tenti viribus nature et nimis presumptuosam superbiam efferant. hystoria autem  
thie conuenit cum fabula pseustis in hoc quod sicut excessit limites hominis salmo  
neus ita nabuchodonosor. ut patet intuenti.

**Quadrupes phebii que cogit causa morari**

**Experitur item phetontis secula cladem**

**Quid vesper cessas saturarunt prata capellas**

**Ruminat omne pecus nescit discedere phebuis:**

¶ Hic incipit pars illa in qua describitur pseustis debilitatio. Et diuisi potest  
ista pars in tres partes secundum tres debilitaciones principales. scilicet ibi, spore sua.



## Liber

tercia ubi. quena celli colas. Prima i duas. pmo ia debilitat? pseustis ad-  
 buc fabulosas narratides recitat. scdo auxiliu deoy suoy iplozati. ubi. silue  
 piata. Itē prima i duas. pmo suā debilitationē exprimit. Scdo vires  
 resumit. ubi. pignoris egregū. Itē pmo pseustis ia debilitat? et despans  
 vna falsam opinionē ponit. scdo eā alithia repellit. ubi. visibus humais.  
 In pta pricula sic dicit. Quare sol nō iam rēdit ad occasum. Credo dicit  
 pseustis q̄ modo accidit clades illa que circa solem venit tpe phtonis.  
 Quare o vesper nondū venist. ia capre satis comederūt et ia rumināt. et  
 tū phebū nō est adhuc in occasu. Circa primū metrū nostri textus scien-  
 dū est q̄ vt habet. ij. methamor. in principio sol dicit hē q̄tuor equos. de  
 q̄bus ebrardus i grecismo. Erubet eous auroa pallet etho. Feruet pi-  
 rous. se mergit aquis philogeus. Ubi q̄tuor solis equi. pprietates sūt q̄-  
 tuor tēpora diei. De q̄bus dicit quidaz metricē. Solis equi lucis partes  
 sunt q̄tuor horis. Hic ruber hic splendet. vrit hic. ille tepet. Et ouidi? vbi  
 prius dicit. Interea volucres pirus eous et ethous Solis equi. q̄tus ste-  
 gon limitib? auras et. Circa scdm metrū sciendū ē q̄ ista fabula incho-  
 tur i principio libri methamor. et terminat in scdo. et breuiter phton qui  
 fuit filius iouis et clymenes dissuadēte patre suo voluit regere currū phe-  
 bi qui erat ignee nature. et q̄a idocutus erat phton et inextus. nesciuit re-  
 gere equos. sed eos vagari per celū et aera pmisit. ita vt excessiua claritas  
 i terris apparuerit et vitra modū confusū. sed ad pces et cōquestionē bre-  
 que nimis adurebat iupiter eū fulminauit. Moraliter exponēda est. phe-  
 ton significare pōt prelatū indifcretū. qui alicui p̄lature a papa q̄ns com-  
 tra suo et phas instituit. ex quo quot q̄lia et q̄tra pollitie eccliasice in com-  
 moda veniāt facile indicari pōt. et ergo idifcreti potius deberent videre  
 paracletū sanctū q̄ est regendū vel eccliam eis cōmissam vel rēpublicam  
 et se diligētiores exhibere. Aliter iste phton significat oēs p̄sumptuosos  
 audētes aggredi illa que nō sunt in p̄tate eoy. Aliter phton significare  
 pōt anti xp̄m. q̄a ipse solis hoc est xp̄i officium vsurpabit. et oēs homines  
 falsis documētis puertet. et sic totam religionē nostrā turbabit. sed eū  
 deus de celo fulminabit. Dicit aliqui q̄ veritas fuit q̄ phton fuit homo  
 qui de astronomia se intromittebat. et in multis errauit. et multos errores  
 seminauit. et librū suū iupiter cōburi iussit. Circa terciū metrū sciendū ē q̄  
 vesper significat diem iudiciū. capelle aut sunt feti. et itus. piata sunt mū-  
 dane voluptates. Circa vltimū metrū volant hic glose cōmunes ponere  
 cesam q̄re bruta rumināt et nō homies. quia bruta naturalr sunt frigi-  
 da. vñ frigus nō pōt bene digerere infra corpus. quia deest calor sufficiēs  
mis corrodēs. sulphur fetēs. fulmīa. tartara. De voluptate dicit tullius  
multa i de senectute: in detestatōez ip̄i. Et yfido. li. iij. de sūmo bono. It̄  
cet sepe in medio carnaliū de? p̄regat vitā electoz: t̄i satis raro est vt q̄s  
q̄ t̄nē seculi voluptates possit? amic? dei maneat illibat?. ¶ Cōstrue. [Ti-  
mor: finxit cās erroris] imponendo plures deos [atq;] p̄ et [voluptas] for-  
dinata et carnalis delectatio [si singula numina] hoc numen ē de?. vt [sint  
baratro]. i. in inferno de? q̄s voiatrū. et [si singula numina] sunt celo [si mū-  
dus h̄z] etiā sua numina. s. [si pōtib?]. i. mare h̄z etiā sua [qd̄ restat mō] i  
terrogatiue legif [restat]. i. manet vel ipedit: q̄s dicēdo nihil restat [ni]. i.  
nisi [cōfiteare]. i. cōfitearis [tot penates]. i. deos p̄uatos et domesticos. vt  
apud virg. iij. eneyd. Cū penatib? et magnis d̄is. [quot mēbra tu tenes]  
id est habes i corpe tuo. Sic ḡ in hac pte alit̄ia reprobat dictū p̄seustis q̄  
pluralitatē deoz assererat. et sic hic dicit p̄teritiū sui dicti. et in hoc obserua-  
tur lex istius carm̄is amabei iuxta dicta alias.

**Sponte sua thauri cupiūt ad tecta reuert**

**Uesper oues citiso capras depellit ab v̄lino:**

**Hi matura redis lupus insidiabit agnis**

**Cede dies celo: quia nescit cedere virgo.**

¶ In ista pte p̄seustis ostendit suā debilitatē secundā. et diuidit. p̄mo d̄i-  
cit iā noctē venisse et tēp? sit sponere finē certam i suo. Secō vidēs alit̄ia  
si velle tacere: s̄ sibi r̄ndere: iterato facit aliā narratōez. ibi Triste mar. ve-  
stis. Itē p̄mo p̄pōit p̄seustis. Secūdo alit̄ia r̄ndet more solito. ibi Sivos

## Liber

terret oues. Dicit & pmo sic q̄ thauri iam saturati volūt reuerti ad bos-  
mos. ⁊ ppter vespertinā horā oportz oues dimittere herbas ⁊ pascuā: et  
oportz etiā capras dimittere vltimos. Dicit deide. **Alithia nisi ad gregē  
tuū redieris festināter: lupus insidiabit agnis tuis ⁊ gregi tuo.** Dicit fi-  
naliter. ex quo ita est q̄ ista virgo nō vult recedere vel finire: o dies recede  
de a celo. In isto textu p̄scustis iaz debilitat⁹ multū et pene supatus ostē-  
dit noctē esse. hoc aut facit p̄ circūlocutiōem: dicēdo Sponte sua ⁊c. Secū-  
do hortat alithiā ad redeundū ad gregē suū: ⁊ cām reddit. Tertio ad de-  
os recurrit vt dies sintat ne deuincat. Quarto ⁊ p̄cipalr̄ intēdit euade  
re manus alithie: ne cōtra ip̄m p̄ fronesim snia ferat tanq̄ p̄tra deuictū  
et intēdit alithiā suis monitiōibus apparētibus decipe. ¶ Sciendū vlti-  
us q̄ iste modus loquēdi q̄ ponit hic sumpt⁹ est a virgū. in buccol. obf-  
uando legē buccolici carmīs. vbi de rebus ruralibus sermōnē facit: et p̄  
eas intentionē suā manifestat: vt ibi. Rogite donec oues stabulis nume-  
rūs referre iussit: ⁊ multo p̄cessit vesper olimpo. Et s̄str̄ dicit i sine p̄i-  
me egloge et tertie et fere vbiq̄. ¶ Scienduz est vlti⁹ circa vltimū me-  
trū. s. Eade dies celo ⁊c. qd̄ repetit inferius bis vlt̄ ter q̄ illud metrū pro-  
prie appellat versus. q̄ pluribus vicib⁹ inter alios ponit: sicut i buccol.  
iste versus. Incipe menalios mecū mea tibia versus. vel ille. Ducite ab  
vibe domū mea carmīa ducite daphni. Et eodē mō dicēdū est de illo alio  
versu in textu sequēti posito. Fige dies cursuz ⁊c. ¶ Considerandū est vl-  
timo q̄ iste textus potest legi allegoicē: vt dicunt glofe. per thauros in-  
telligēdo sup̄bos. p̄ tecta sua intelligunt cubilia et fomenta victoz: ad q̄  
reuertunt victosi. vñ vesper hoc est diurna imozatio in vicijā: ⁊ q̄i vsq̄  
ad finē vite depellit simplices ⁊ bonos a vera doctrina ⁊ fide. ¶ Per capras  
intelligit viciosos ⁊ petōres errātes a bona opatione. Et ideo nisi alithia  
hoc est veritas vel ecclesia vel platus reuertat ad gregē pascendū cibo  
diuino: diabol⁹ insidiabit gregi q̄rēs quē deuoret. Et i h⁹ horā plati sol-  
licite curare gregē ⁊ vigilare diligēter. ¶ Cōstrue sic. [Thauri] illa aialia  
[cupiūt reuerti] deponēs ē [sua spōte] volūtate vl affectōe: inclinātoe [ad  
tecta]. i. ad stabula [vesp̄] depellit oues citiso. i. ab illa herba [et depellit  
capras ab vltimo] arbore. **Alithia [ni].** i. nisi tu [matura] id est festina [re-  
dis]. i. reuertaris ad gregē tuū [lupus insidiabit] q̄ de insideo des. vl de  
insidie viay. [agnis] tuis. Et ideo o [dies] d̄r a dia Grece qd̄ est clarū lati-  
ne. [cede]. i. recede: simplex. p̄ cōposito. et est auferēss: vt ibi in carbone.  
Mitte archana dei. i. dimitte. [celo]. i. a celo [q̄ virgo]. s. alithia [nescit  
cedere]. i. recedere: hoc est nō vult litē terminare vel disputatiōes finire.

**Si vos terret oues lupus ad caulas redcūtes  
Cornibus elatis illum mea cura petatis:**

**Quē sine fraude pius paschalis vicerat agnus**

**Fige dies cursum: ne perdat virgo triumphū.**

¶ Sic alithia respōdet alloquēdo gregem suū in hunc modū. **O** oues si  
quādo reuertimini ad caulas lupus turbauerit vel terrucrit: petatis  
ip̄m elatis cornibus. Illud dico diabolū: resistēdo ei qui ab agno pasche  
li deuictus est. Dicit finaliter. o dies mane ⁊ nō recede. a celo: ne ego p̄dā

## Theodoli

triumphū quē habitura sum de isto guerso pseusti. Aduertendū est hic q̄ alit̄bia hortatur suas oues resistere diabolo vel lupo. Sc̄do hortatur imitari agnū paschalem: eo q̄ om̄is xp̄i actio nostra est instructio. Tertio dirigit orationē ad deū supplicando vt sol fixus adhuc maneat. causam subdit: ne ipsa perdat victoriā. Iste textus etiā legal̄ allegorice sicut p̄ce dens: vt sit sensus. si diabolus terret fideles redeūtes ad vitā et fidē. tunc i signo crucis et firma fide sibi resistatis et petatis illū quē agnus paschalis. i. xp̄s sup̄pauit. et hic vltim⁹ xp̄us ponit orationē ase petentis spacū penitētie vt diabolū sup̄pare possit: et de ip̄o victoriā h̄re. ¶ Cōstrue. ¶ Oues si lup⁹ terret. i. terretas reddat [vos redeūtes]. i. reuertētes [ad causas] id est ad ouilia. ¶ Vos in xp̄o exētes [mea cura petatis comib⁹ elatis]. id est erecti loco defensiois vestre: illū diabolū [quē pius agn⁹ paschalis]. i. xp̄s. iuxta illō apostoli ad corinth. i. pascha nostrū imolatus est chris̄t⁹. Ipse em̄ vt agn⁹ occisus est. et se dedit nobis i edulū in sacramēto ab eo instituto [vicerat]. i. sup̄pauerat [sine fraude] et nō per fallatias. ¶ Dies si ge] sine. n. debet scribi. i. fixum redde et ponē [cursum] tuū. hoc est otinua claritatē tuā [ne virgo]. i. alit̄bia [pdat triumphū]. i. victoriā suā. quam intendit habere super istum. ¶ Obseruatur lex istius carminis sicut i textus precedenti. vt clare patet.

Triste mari vectis helene respectus in astris

Frugibus erugo: serpentum sibilus agro.

Oxos talpa fodit: digitos vrtica perurit

Omnia quis diuum potuit conflagere tantum.

¶ Hic pseustis nō videns alit̄biam desistere iterato narrationē aliā inchoat. et deoz pluralitatē approbat. et dicit q̄ helene stella est nautis nocua et tristis. erugo nocet frugib⁹: et sibilus serpentū agris. talpe viuūt ex humo. vrtica de natura sua habet q̄ sit pūgitiua et adustiu. q̄s q̄ deoz est ille vnicus qui oia ista tā diuersa potuit facere: cōponere: cōfingere. Aduertendū est q̄ aliqui dicūt hic pseustim aliqui redire ad fidē et veritatē. s̄ hoc nō video. imo xp̄s videf potit⁹ pbare et attestari deoz pluralitatem cū ipse dubi⁹ et q̄si admirans q̄rit. Oia q̄s diuū et. Alij dicūt q̄ ibi pseustis pponit alit̄bie per modū interrogatiū vnū enigma. sed hoc nō videtur multū pbabile et. ¶ Cōstrue [respect⁹ helene] illi⁹ stelle lucide i cur⁹ ortu frequēter accidit. pcelle in mari [in astris]. i. inter astra. et pōt esse p̄ r̄beseo[paralāge] [est triste]. i. res tristis [vectis] de vehor ris. i. portatis. s̄ nautis vt alijs q̄ per mare deuchunt [in mari]. i. in mari [Erugo] dicūt alij qui id est illa herba. hoc non credo. sed debet dici [aerugo]. i. aeris rubigo. et est infectio vel tēpestas vel corruptio aeris nocēs frugibus. et si in textu ponit aerugo reuocet. a. causa metri [est triste frugib⁹] de de fruoz eris. [sibilus serpentū] iuxta illō. Sibilus est hom̄: serpentū sibila dicas que differētia cōfundit [est tristis agris]. i. campis. q̄a campum inficit suo sibilō: et reddat campū sterilem [talpa] illud aial [fodit oxos]. i. virgulta et vridaria [vrtica] id est illa herba que dicit ab vrendo [perurit digitos] de natura sua [quis diuū] id est deoz. q̄si diceret nullus. imo plures. vel [voluit tantum] id est rem tantā. vel tantum aduerbialiter [confrin-



## Liber

gere]. i. cōmiscere oīa supradicta. vt in vno mittere vt cōuenirent.

**Dulce viro mulier: pratis arentibus ymber.  
Mandrage sterili: fons agricolae sitienti  
Recessit cunctis anime velamina carnis ]  
Exuerit postq̄ placari iudicis iram.**

¶ Hic alithia rīdet dicens q̄ mulier est dulcis viro: plura locis aridis & siccis: mādragea mulieri sterili: fons agricolis sitibūdis. Dicit vltorius q̄ inter cetera vtilius est aīe placare iram iudicis postq̄ a corpore fuerit exuta. Aduertendū est hic q̄ alithia habet hic sermonē oppositū sermōni pseustis. locut<sup>9</sup> enī fuit pseustis de tristib<sup>9</sup>. ista autē de ducib<sup>9</sup>. et in hoc significat veritas de sui natura est amabilis & dulcis: quia dicat comic<sup>9</sup> veritas odisi parit. hoc enī intelligit ap̄d malos. falsitas autē de se est odibilis & tristis. Ad de veritate dicit hierony. vos nobiles vos autē ignobiles. hec est p̄ditio veritatis vt eā inimicitie psequant. Sicut per adulationē p̄ticiose amicitie conq̄rūt libent q̄ delectat odin<sup>9</sup> & offendit omne quod nolumus. Et de falsitate ambrosius in li. de virg. Venena nō datur nisi melle circūlita: & vicia nō decipiūt nisi sub specie ymbra virtutum. Sciendū est vltorius q̄ actor iste capit istū modū rīdendi per contrariū a virgilio in illa eglōga allegata forte sub arguta p̄federat ylice daphnes. pater intacti. p̄cessum illius. Circa hanc dictionē mādragea sciendū s̄m catholicon q̄ mādragea est genus pomi similis parue poponi: odor: res: sapore: vel specie. quia habet mala suauē redolētia: in magnitudine mali maclanti. vñ & latini vocant malū terre. Hanc poete antropopores appellant quia habet radicem formā boīm simulantē. Hui<sup>9</sup> due sunt species. Femina folijs lactuce similis mala generā in similitudine punoz. masculus folijs bethe similis. & accepta in escā vt quidā opinant facit in sterilib<sup>9</sup> fecunditatē. vt gen. xix. c. Egressus ruben tpe messis triticee i agro reperit mandragoras quas mari lye detulit. & ita snialiter dicit in sumis sua. et ysidorus ethimo. li. xvij. Albertus dicit valde multa de ea. li. xvi. de vegetabilib<sup>9</sup>. dicit ei. mādragea est herba cui<sup>9</sup> radix iabio vocat: & est magna habens similitudinē cū forma homis. vt dicit auicēna. est autē radix eius lignea cinerica. est autē frigida & secca: habet virtutē p̄stringendi & mortificandi. vt si q̄s eā comedat moriat. sed succurrit cum vomitu melle & butiro. mutilatus mēbris bibat de ea: & nihil sentiet. Supponitur etiā aliquid de lachryma eius & educit secū. & semen mādragea viuificat matricē q̄n bibitur. & ita de multis alijs que omitto. ¶ Cōstrue[m] mulier] id est mulcens herā [dulce] id est res dulcis & grata [viro] ymber est dulcis [pratis arentibus] id est siccis. de areo ares [mādragea] illa herba est dulcis mulieri sterili q̄ nō pōt hēre pueros [fons] ē dulcis [agricolae] q̄ss agros colēt [sitienti]. i. mell<sup>9</sup> ē cūctis hoīb<sup>9</sup> [aīe]. i. quo ad aīam [iram iudicis]. i. dei oīpotent[is] [placari]. i. pacificari [postq̄ exuerit velamina carnis]. i. corporis. Et pōt esse textus exuerint in plurali. & ly aīe est nōmīnī ita dei vnitatem qui est iudex oīm.

**Quenam celicolas auertit dira voluptas**

zodiaci nunquid loca maximus ordo reliquit  
 Aut stertunt omnes: aut tractant pocula lethes  
 Cede dies celo: quia nescit cedere virgo.

In hac pre signat tertia debilitatio pseustis. Et diuidit i duas. Primo  
 fit hoc. Secdo refumit vires pponendo enigma. scda ibi. Dic mihi. Itē pri  
 mo ponit suā falsā opinionē. Secdo alit̃ia ponit contrariā assertionē. scda  
 ibi. Obtruitu vigili etc. Tercio pmo sic a qua voluptate deoz celicolarū affe  
 ctio imutata est et aduersa: nūqd ordo motus zodiaci imutatus aut zodi  
 acus derelict̃ loca p̃p̃a mot⁹ sui et regl̃ares motus solis obliqui. Et it̃o o  
 dies ex quo ita est q̃ ista virgo nō vult desistere. recede a celo vt ita cogat̃  
 recedere. Aduertend̃ ē hic q̃ in hoc textu clare apparet debilitatio pseu  
 stis et metus vrgens qui ip̃m occupat ne ab alit̃ia deuincat̃. Secdo con  
 querit sup hoc qd̃ sui d̃s sibi nō auxiliati sunt. et illd̃ concludit ex verbis  
 suis hic positis. Tertio ipse tāgit tres errores. Primus est in pmo versu  
 vbi inuit deos celicolas aliqua vira voluptate aduersos. in eis tñ nichil  
 dirū cadere p̃t. Secūds error tangit in scdo versu de imutatione mo  
 tus zodiaci: qui tñ ē regulatissim⁹: et ab agente infallibili direct⁹. Tertio  
 error culd̃ter ponit in scdo versu: vbi iponit d̃s q̃ ipsi dormiūt et ocia  
 tur et humanos actus negligūt: vt tangit Boe. in pmo de solatiōe pbie  
 Et cū hoc in obliuionē inciderūt. qd̃ ē impossibile. In quarto versu nostri  
 textus ponit oratio pseustis que suplus etiā ponebat̃. Circa istud nomē  
 zodiacus sciend̃ est q̃ dicit̃ a zodia grece quod est aialia vel signa latine  
 et est aialis circulus vel signifer. quia in eo sunt. xij. signa noibus aialuz  
 nūcupata. Et quia sol intrans illā p̃prietatē aialium sortitur. In secun  
 do de generatiōe appellat̃ ab aristotele obliquus circulus. de quo poeti  
 ce pulcre in. ij. methamor. paulo post p̃ncipiū. Unde sicut h̃etur in. ij. c.  
 tractatus de spera. Iste est scdus magnus circulus celi. Et ibi d̃r. Est au  
 tem alius circulus in spera qui intersecat̃ equinoctialē et intersecat̃ ab  
 eodē in duas partes equales: et vna eius medietas declinat ad septētrio  
 nē. alia vero ad austrum. Circa illud nomē lethe sciend̃ ē q̃ lethe lethes  
 est nomē vniū fluij infernalis vbi aie demergunt: et oim̃ p̃teritorum  
 obliuiscunt̃. ideo in p̃p̃tatur obliuio. et inde d̃r letheus lethea letheū. l.  
 obliuiosus sa. sum. et inde lithargia morbus obliuiosus. vt tangit i pmo  
 de solatiōe pbie. De noibus fluijz infernalis habentur ista metra.  
 Stry odium: lethe obliuio: flegeron ardēs. Luctu coebitus: triste sonās  
 acheron. ¶ Construe. ista ista debz legi interrogatiue [quēnā]. l. que et nā  
 est syllabica adiectio: sicut mer et piā in hoc nomē quispiam [voluptas]  
 alij habent volūtas [vira]. l. crudelis et inordinata [auertit]. l. aliorū ver  
 sit [celicolas]. l. deos supos q̃st̃ celū colētes [It̃ nūqd̃ ordo maxim⁹]. s. vni  
 uersis: eo q̃ ordinatissime mādus ordinatur et regitur [reliquit]. l. dimisit  
 [loca zodiaci]. s. propria. quāsi diceret videret q̃ sic [aut omnes]. s. d̃s  
 [stertunt] glosant aliqui id est firmiter dormiūt. Stertere autem magis  
 p̃p̃ie est dormiendo somnū cum naso facere [aut ipsi tractant pocula]  
 id est potus [lethes] id est fluminis illius obliuiosus [D̃ dies cede] id est re  
 cede [celo] id est a celo [quia virgo] scilicet alit̃ia [nescit cedere] id est lo  
 cum dare.



## Theodoli

Illud dixit ioui: qui disposuit q̄ p̄serpina per dimidiū annū cū plutone re-  
gnaret: et per aliū cū matre esset. Ceres ē bon? platus. p̄serpina est om-  
nis p̄cō: ei subdit? pluto dyabol?. iupiter ē deus ad quē per orationē re-  
currentū est. Dicit vltēr? q̄ etiā a ioue r̄isum fuit q̄ illa filia exire non  
poterat ab iheros si gustasset de fructib? eius. Sed ascalophus asseruit se  
eā vidisse tria grana malogranati comedisse. iō detenta est p̄petuo. p̄ser-  
pina em̄ illū testē ascalophū mutauit in bubonē. Sic etiā illi qui alios ac-  
cusant et explorāt mutant in bubones. quia sūt odibiles et habent odio  
ab oibus. infern? est iste mūdus i quo si q̄s gustauerit tria grana. s. deli-  
cias: diuitias et honores vir vel nunq̄ extrahi poterit. Ista hystoria tota  
pōt naturalr et phisice exponi vt p̄serpina sumat pro grano cuiuslibet le-  
guminis. hęc rapta fuit ad iheros. i. semen positū est in terra. et iō i terra  
deiscit et putrescit vt semen redeat a terra. quia tibi p̄mo violētē detine-  
tur et corrumpit. sed p̄serpina nō redit nisi postq̄ generauerit. aliter non:  
iuxta illud Jo. xij. Nulli granū frumētī cadēs in terrā mortuū fuerit ipsum  
solū manet et. Alia sūt fabulosa. ¶ Cōstrue. [dic michi] o alithia [dū] id ē  
quādo [p̄serpina] illa puella [adij] sedes tristes. i. infernales. et hoc dico  
[lege]. i. regula et ordiatōe data a ioue [matri]. i. cereri [si nata]. i. filia sua  
vellet reuertī. deponēs ē apud modernos. Tullius. tñ ponit ip̄z sepe neu-  
traliter [dic quis] p̄didit. i. manifestauit: vel pdendo denūciauit [ore] p̄si-  
die. i. ore p̄sido et puerio. Alij iungūt ly p̄sidiē cū ly gustū gustu. s. quo p̄-  
serpina gustauit fruct? iheros [dic] illud [et lauderis] pōt glosari. i. lau-  
daberis. et ponit tēpus pro tpe [scire secretū] v: hic de se cerno nis. in q̄tū  
componit de seorsum et cerno nis. et tūc habet p̄mam breuē. q̄a si cōpone-  
ret de se et cerno nis: p̄ma p̄ducere ē [troianū] vñū secretorū troie: erat pal-  
ladiū p̄mago palladis de qua fatatū fuit q̄ troia nūq̄ capetur q̄ diu esset  
in troia. eā tamē vlixes rapuit. pater ex hystoria troiana.

**Cum pelagus mundo subsidat mundus olimpo**

**In medio semper consistit pendulus aer:**

**Dic mihi terra leucm celi supereminet axem**

**Et te posse dei tetragramaton annuo sari.**

¶ Hic alithia r̄idet et p̄ponit enigma di. ¶ p̄sesti tu michi p̄posuisti tu-  
um enigma fabulosum: ego p̄pono tibi aliud tale. cū ita sit q̄ mare sem-  
per subsistat et substat mūdo. mūdus celo. et cū semp̄ ip̄e aer stet q̄si pen-  
dulus in medio elementorū. Dic mihi vbi terra eminet supra axem leuē  
celi. et si mihi r̄ideris ego annuā viciā te loqui posse nomē dei ineffabi-  
le: q̄ appellat tetragramaton. Istud enigma est satis obscurū. et difficil-  
tas puenit ex elementorū naturali ordine et dispositōe s̄m sub et supra. q̄a  
terra est inferior aqua in sc̄do loco. deinde aer. demū ignis. et tñ q̄rit hic  
vbi ē fra supra ignē et. ¶ Idem? mod? legēdi fuit iste. Celi? v̄r q̄dā habuit  
plaustrū i cui? are ip̄e iacuit: et p̄ponebat enigma hic postū trāseūtib? et  
ip̄is neicientibus soluere. tandē dixit q̄ terra est altior aere celi. i. celij. et ē  
ibi locutio appocopata sicut ibi anthoni pro āthonij et. Iste modus est  
modus p̄positionalis vni enigmati bucolicorū legloga. Dic mihi dame-  
taric. vbi ponit peculi. p̄ peculi. Etā q̄ d̄. Tres pateat spaciū nō āpli?

## Liber

ulnas. Sed q̄ illud enigma est quodāmodo fabulosum & satis vanū. ve-  
rissimile est em̄ q̄ talē sensū nō intendebat alithia q̄ inter dicit veritas: nō  
obstāte reuerētia bernardi illuēstris qui sic exposuit. Est alius mod⁹ et  
magis alithie officio pporcionatus: q̄ terra supeminet leuē arez celiq̄  
x̄p̄s q̄s̄ p̄tra naturā humanā carnē erexit in celos in die ascensōis: & caz  
beatificatam super omnes thronos & alios orbes collocavit ad dexteraz  
dei patris. & tibi vt certum est terra. id est caro humana de terra formata  
est supra arenā celi. Et hic hēret locū materiā de x̄p̄o & de virtutibus ei⁹  
de ascensōe de quib⁹ determinat in tertio s̄niaz. Et de votibus corporis  
glorificati in q̄rto s̄niaz: vbi materia per doctores plire & diffuse ptracta  
tur. Circa vltimū metrū est notandū q̄ tetragrāmaton est nomē dei in-  
effabile vt fertur cōter. D̄s aut̄ ineffabile nō quia nullus ip̄m fari & dice-  
re possit. sed quia ad plenū nullus pōt illud exponere ppter p̄funditatez  
diuini nom̄s. quia illud est nomē q̄d est sup̄ om̄e nomē. vel nulli licebat  
illud nominare: nisi causa reuerētie in articulo mortis. Et d̄z a tetras qua-  
tuor: et gr̄ama littera: q̄a erat q̄tuor l̄ris exarati ap̄d hebreos. s̄. i. oth. he.  
vau. beth. Vide sup̄ illō catholicon. ¶ Cōstrue d̄m pelagus]. i. mare. d̄i a  
pellendo litto: a subst̄dar]. i. subst̄. dicit catholicō Gido idē est q̄d sedeo &  
caret p̄terito. An̄ s̄ido & sedeo in significatiōe nō differūt. nec eoz compo-  
sita que sūt multa vt ip̄e declarat. Alij tertus habēt. subst̄dar mundo. v̄i  
est aliqui. i. terre vel. i. alijs corporib⁹ tam elemētariis q̄ alijs qui sunt  
fere totus mūdus [d̄m mūdus subst̄dar olimpo]. i. celo. et cū [aer] illō ele-  
mentū [pendulus] quia p̄dere videt̄ inter alia. De ista elemētis in pa-  
mo methamorphoseos. circa principiū [consistit]. i. p̄manet s̄s̄it in me-  
dio alioz. Cum ḡ ita sit dico pseusti [vbi]. i. in quo loco [terra supeminet]  
id est apparet [sup arenā]. Aris est pars carrus vt dictū est in p̄ncipio hu-  
ius libri in sedo vsu. Aris vt d̄i in tractatu de s̄pera est linea trans̄s̄es per  
centrū s̄pere: applicans extremitates suas ad circūferentiam ex vtraq̄  
parte: et cōnotat volubilitatē circuli vel s̄pere circa ip̄m quod nō cōnotat  
dyameter: et duo p̄icta arenā terminātia dicūt̄ poli mūdi [leuē celi] leuē  
d̄i: quia supfertur alijs. Et leuissimū q̄d oibus alijs supfertur. pater i p̄n-  
cipio de celo & mūdo. vbi de ista materia. & ego [an̄ p̄o]. i. concedo p̄mitto  
[te posse fari] p̄ferre loqui [tetragrāmaton]. i. illud nomen sc̄tū dei. p̄da-  
tet hic q̄ pseusti videns q̄ nō pōt alithiā vincere veritatib⁹ vel narratio-  
nib⁹: tentat si possit eam vincere enigmate vel p̄blemate. Est aut̄ p̄blema  
ma oratio sensum habens implicitū. Et alithia pporcionabiliter r̄dca.  
Et in hoc videt̄ simplicitatē et morē rusticoz expr̄mere.

**Ista suis hodie si preualet artibus in me  
Dum cessit mopso calcantis more dolebo.**

**Fraude puellari non sic patiar superari:**

**Achillesies repetam: nisi subtrahat hesperus horam**  
¶ Hic in traduce pseu. solus loq̄ns & sup̄ potētis vs̄ptate alithie conque-  
res. An̄ ip̄e vidēs se multū dep̄imi dicit sic. Si ista alithia supat me ho-  
die: ego dolebo sicut calcas vicit⁹ a mopso voluit. s̄ tū ego nō p̄mittā me  
supari p̄ fraudē ei⁹. s̄ millestes repetā ea q̄ dixi & alias aduersus eā ppo-  
sui: nisi nox ip̄ediat me. D̄duertēd̄ ē hic q̄ mop⁹ & calcas duo facti p̄p̄te

te quoz qlibet alteri pposuit enigma ⁊ vnus inuidebat alteri. Mopsus  
 igit tenebat fructū cuiusdā arboris in manu sua: et q̄siuit a calcate cui⁹  
 arboris esset. qđ nesciens calcas p̄ ira mortuus est. Virgil. in bucco. in-  
 troducit quēdam pastorē appellatū mopsū: qm̄ dicit. Cur nō mopse boni  
 qm̄ cōuenimus ambo ⁊c. Et in hystoria troiana legif de quodā diuinato  
 re qđ dicitus est calcas. de quo virgil. ij. eneyd. Donec calcate ministro ⁊c.  
 Sed nō videt mihi q̄ iste textus de altero istoꝝ debeat itelligi: s̄ de alijs  
 Sciendū est vltimo circa metru finalē q̄ iste text⁹ varijs modis legi so-  
 let. Ana opinio dicit q̄ calcas fecit vnū libū. Dicit ḡ pseusis se velle repe-  
 tere dicta illi⁹ libi ad cōfutādū alitibiā. Dicit alij q̄ millesū ē ciuitas i q̄  
 nat⁹ ē tales: ⁊ calcas: et mlti alij fabulosi. Alii ḡ q̄ milleses est aduerbi-  
 um. i. mille vicibus: sicut centies. i. centū vicib⁹: decies. i. decez vicib⁹ ⁊c.  
 ¶ Construe. [Si ista] dicit pseusis alitibiē [p̄ualet in me]. i. cōtra me: vt  
 tibi in adulterū et in desertorē [hodie suis artibus] ego [dolebo more cal-  
 cantis] qui mortu⁹ fuit [dum]. i. quādo [ipse cessit]. i. locū dedit [mopso]  
 Sed [nō patiar] me [supari]. i. vinci [fraude]. i. deceptōe [puellari]. i. vni-  
 us puelle. q̄ hoc esset magnū dedecus. sed [repetā milleses] iuxta expo-  
 sitōes tactas. [nisi hesperus] illa stella: que dicit⁹ quasi vesperus [subtra-  
 bat]. i. remoueat vlt̄ impediāt [horā]. i. tempus.

Nunc vtinam tales falsoꝝ fictoꝝ adesses:

Quattuor in primis euangelice rationis

Nitar codicibus: nostrū de virgine corpus

Et deus assumpsit: nec me labor iste grauabit.

Hic alitibiā sola loquēs introducif: et p̄terrefaciens pseusim dicit sic.  
 Vtinā tales ille fictoꝝ falsoꝝ huc veniret in auriliū tuū: vel cōtra quē ego  
 disputare deberēt: tunc ego transirē ad veritates euāgelicas quas in me  
 vlt̄ pponerē: et ipsum talib⁹ p̄futarē. vt de materia incarnatōis filij dei i  
 beata maria virgine. Illud autē ego facerem p̄mptē ⁊ faciliter nec grauā-  
 rer. Aduertendū est hic q̄ in p̄cedentibus supatus est pseusis: ⁊ dicit⁹  
 ab alitibiā p̄ncipaliter ⁊ tantūmodo p̄ hystoricas narratōes veteris testa-  
 mētī: ⁊ finalr p̄ p̄sitōes enigmatica. hic autē p̄futat p̄veritatem euā-  
 gelicam. non tñ p̄positā in publicū: sed tantūmodo cōminatāz. que veritas  
 est adeo sincer̄ aefficax et pura ad p̄futandos hereticos ⁊ falsitatē sustinē-  
 tes: q̄ merito pseusis qui interpretat falsitas timer et desperat. Item sciē-  
 dum est q̄ iste tales fuit vn⁹ septē sapientū grecie. alij autē fuerūt solon:  
 bias ⁊c. Et credo q̄ cū allegat Aristo. in p̄mo de aia. vbi tangit opiniōes  
 antiquoꝝ falsas et erroneas de aia. Et iste talis erat fictoꝝ optim⁹ fabu-  
 larū. et tenuit multas opiniōes falsas in p̄bia. quā p̄pter i textu p̄cedē-  
 ti quādo dicit⁹ Milleses repetā. aptissime repetam potest itelligi de fi-  
 gmento istius talentis: et hoc videt dicere p̄sens textus qm̄ alitibiā op̄rat  
 etiam ipm̄ taletem adesse. Sciendū est vltimo q̄ per transrū tangit hic  
 materia de incarnatōe verbi. de qua ḡ Jobā p̄mo. Et verbū caro factū  
 est. De q̄ in tertio suiax. Quū vt habet Luce p̄mo. venit angelus gabriel  
 ad mariā ⁊ dixit. Ave ḡra plena ⁊c. Et illa dixit. Ecce ancilla dñi: fiat mi-  
 hi fm̄ verbū tuū. Et sic p̄ceptū dñm n̄m iesū xpm̄. nō qđ ex vtrūli sentit

## Liber

nec sed ipse format<sup>9</sup> est ex purissimis sanguinibus marie mystico spiramie.  
Alia causa breuitatis o[mittunt]. **C**onstrue. [Atina] aduerbiū est optādi  
o[tales]tis. ficto[rum] falso[rum] [adesses]. i. p[ro]sens e[st] es. ego alithia [nitar]. i. co-  
nabor [in] q[ui]tuor p[ri]mis codicibus. i. libris vel voluminibus vel scriptis [rois]  
id ē veritatis [euāgelice]. Euāgelium in bono solet scribi p[er] duplicē. et d[icitur]  
ab eu q[uo]d est bonū et gelion nūciatio. et addit vna in cōsonās: lz in curia ro-  
mana oppositū seruet in describēdo bullas et talia. [vt]. i. q[ui]liter [de] assu-  
psit n[on] in corpus [h]ianā [de] virgine]. i. maria. [nec] p[ro] et non [iste] labor  
grauabit me] et p[er] hoc ostendit alithia se h[ab]ere validū et magnū sim arguēdi  
adhuc et disputādi p[er]ra p[se]usum: et ip[s]m cōfutandi.

**E**gregiā sobolem cui per stilbonis amorem

**U**t superū magna sociasti teste capella:

**O**bscuro te fronesi iubeas reticere sorori

**Q**uo tendit cedo: nec me cessisse negabo.

**I**n ista p[ar]te introducitur p[se]usis. vñ postq[ue] p[ri]m[us] posita est altercatio et de-  
bilitatio p[se]usis: hic p[ro]ter ponit auxiliij imp[ro]ratiō et victorie confessio  
Ista p[ar]s intitulat[ur] s[ecundu]m diuisionē postq[ue] in p[ri]ncipio et in illo textu Incola  
p[ri]m[us] homo. Dicit s[ic] in textu. **O** fronesi q[ui] (vt recitat Capella poeta) tu  
matrimōio iuristi philogīā sobolē tuā et mercuriū. obscuro te vt p[ri]ncipias  
alithie sorori tue vt taceat et me deuictū dimittat. q[ui] ego recedo a lite et  
certamē tanq[ue] victus. nec negabo eā me sup[er]asse. Sciēdū est q[uo]d p[se]usis  
nō potēs alithie resistere fronesim alloq[ui]tur: quā ip[s]e et ip[s]a in iudicē ele-  
gerūt: sicut dictū est p[ri]us. Et rogat p[se]usis ip[s]am fronesim vt exeret ali-  
thiam vt taceat. q[ui] se victū confitē. Et istud nō vult: sicut nec potest ali-  
q[ui]liter ip[s]e p[se]usis denegare. **P**ro intellectu hui[us] text[us] sciēdū est q[uo]d mer-  
curi[us] cōsilio apollinis duxit in vxorē filiā fronesis: q[ui] dicta est philogīa. q[ui]a  
fronesis soror fuit alithie et mater philogīe. p[ri]ntes fuerunt istis nuptijs  
oēs dii et dee. Mercuri[us] d[icitur] cursus mētis. i. sermo. q[ui] cōsilio apollinis. i. sa-  
piētie: duxit in vxorē philogīā. i. rōnē. Ista philogīa d[icitur] filia fronesis. q[ui]a ra-  
tio d[icitur] filia prudētie. Oēs dii et dee venerūt ad nuptias illas. i. p[ri]ncipio  
sapie. eloquētie. rōnis. et prudētie. oēs assunt virtutes: ita dicit glosa. **A**-  
tra quas magis declarando textū cōsiderandū est q[uo]d marcian[us] q[ui] et capella  
dicit[ur] est fecit vñ lib[er]ū de ista materia. et incipit **T**u quē p[er] salentē thala-  
mis quē matre camena. **P**rogenitū p[ro]hibent copula sacra deus. Et d[icitur] il-  
lud opus eius epitalamich[us] carmē. i. nuptiale. q[ui] est de nuptijs. et illud can-  
tauit q[ui]s in p[ri]ntia filij sui. **A**ū marcian[us] iste genere afer cuius carthaginiē-  
sis dignitate roman[us] extitit. Studuit aut[em] partim rome: partim carthagi-  
ne. **S**olēs aut[em] disputare de septē liberalib[us] artib[us] p[ro]posuit hāc fabulaz de  
nuptijs mercurij et philogīe: nō tñ absq[ue] magna rōne. **I**stā philogīa iter  
p[ro]taf amor vel studiū rōnis. Mercurius dicitur est q[ui] mens currēs. quia  
mercuri[us] loco sermōis accipit q[ui] inter duos serit vel mercuri[us] d[icitur] q[ui] mer-  
catoz kyrros. i. d[omi]n[us]. **P**hilogīa igit[ur] ponit in p[er]sona sapie et rōnis. mercu-  
rus in similitudine tracūdie et sermonis. q[ui]a vt ait tullius in p[ri]ncipio rhe-  
thorice **E**loquētia sine sapiētia sepe nocetraro **N**o aut nunq[ue] p[ro]dest. Sa-  
piētia **N**o sine eloquētia sem[per] p[ro]dest tanq[ue] obest. **L**um ergo in sapie

## Theodoli

te hec duo cōueniūt. s. acumen rōnis ⁊ faciūdia sermonis: tūc mercuri⁹ ⁊ philologia sociant. ¶ Sciendū est finaliter q̄ ille marciā⁹ sic nomie pprio appellabat. Dicitur est etiā mini⁹ ab habitu faciei. i. a rubore. Licero a cere. ppter triangulatōem faciei. Felix ad bonū oē ptinet. Capellavt dicitur in nostro textu ab acumie ingenij. q̄ capella valde acute videt. Vel d̄ capella a petulātia ⁊ lasciuia poetica. vel q̄ sicut capella auidū aial est ita ip̄e philosophicas disciplinas auidissime aggressus est. Et fecit iste il lud opus q̄ d̄ astrologia marciāni. ⁊ incipit liber iste Mundus igif ex quartuor elemētis. ¶ Cōstrue. ¶ Fronest d̄ esse sapiā vel prudētia scdm̄ catholicon. et d̄ a fronos prudēs. inde frontitus ⁊ infront⁹. [obsecro]. i. p̄cor te ⁊ quasi p̄ aliq̄d sacrū obsecro te. [p̄ amorē stilbontis]. i. mercurij. ⁊ d̄ q̄ si stillas bōa. q̄ fm̄ astrologos est planeta beniuolus [cui]. s. stilbontis [sociasti]. i. sociasti: p̄ sincopā multū r̄stata [vi]. i. virtute ⁊ cōuentu [superū]. i. sup̄or [magnā sobolē]. i. filiā tuā philologiā [egregiā]. i. nobilem. ¶ Cedo. i. recedo eo loco [sup̄ quo]. i. ad quē [tendit]. i. vadit vel tendit. vel cedo. i. cōcedo te. [nec] p̄ non [ncgabo me cessisse] vel locū sibi dedisse tanq̄ illi a quo vere deuit⁹ fuit.

**Mortales cuncti quod cōtendunt adipisci**

**Nec si perficiant vite discrimina curant:**

**Ex insperato dominus tibi contulit vltro**

**Ut cessare velis deuictus supplicat hostis.**

¶ In hac pte expedita lite ⁊ finita disputatōe inter pseustim ⁊ alithiaz: et multis alijs ppositōibus positis ⁊ validiorib⁹ alitbie r̄stionib⁹ subiūctis hic ponit sn̄ia finalis. Et diuidit. Primo ponit sententia: ⁊ cū hoc fronesis rogat alithiā vt taceat. Secūdo pbat p̄ ille q̄ tacere v̄t pseusti parceret. sc̄da i textu sequēti: ibi Traici⁹ vates. Dicit ḡ sici hac pte. Mortales hoīes n̄ curāt discrimina: b̄ ē picla vite sue. si possint pficere q̄ d̄ d̄ūt p̄ficere ⁊ h̄e Et ideo o alithia: q̄a dñs n̄ iesus x̄ps fecit tibi ex insperato illud ppter q̄d debes cessare ab vterioū lite ⁊ certamine: ⁊ dedit tibi victoriaz. ideo tacere debes ⁊ cessare: p̄sertim cuz sup̄ isto te eroret ⁊ tibi etiā supplicet aduersarius tu⁹ s a te deuict⁹. s. pseustis. ¶ Scienduz est q̄ prima duo metra aliter p̄nt legi: sic q̄ mortales curāt discrimina vite si nō perficiant q̄d cōtendūt adipisci. vt pseustis q̄uls nō potuit voluntatē explere tū curauit de vite sue piculo. ¶ Patet ḡ q̄ in hac l̄ra ponit cōis mod⁹ ⁊ cōditio fere oīm mortalū. Secūdo fronesis oūdit dñm deū n̄m semp veritati assistere: ⁊ eādē adiuuare ⁊ fouere. Tertio inducit alithiā ad tacendū. q̄ nō est ampli⁹ opus sermone vel verbis cuz ille confiteat se victum. Quarto p̄ncipaliter ponit sentētia diffinitia p̄denatoria pseustis etiā am ex cōfessione ppia. ⁊ ista sentētia satis apte trahit ex textu. Si quera tur q̄ vel q̄lis est ista sn̄ia: dicendū est breuiter q̄ ē diffinitia vni⁹ p̄tis cōdenatoria. h̄ic etiā lis erat inter pseustim ⁊ alithiaz: et qlibet tendebat ad vincendū alterū. sicut in duello inter pugiles videm⁹. ¶ Pseustis aut̄ primo debilitat⁹ est: deinde plene victus. ⁊ se h̄e malā cām cōstēdo succubuit: ideo cōdenatus est ⁊ silentiū sibi impostū perpetuo. Et de ista sn̄ia et de modo ip̄am ferēdū: ⁊ quā ptātē habet iudex arbitrari⁹: q̄lis fuit in ista



## Liber

causa fronesis: videat plurimas ad quos ista materia spectat. ¶ **C**ōstrue  
[Licit mortales]. i. oēs hoies q̄ sunt mortales ⁊ corruptibiles: et hoc ex  
pte corpis [curat discrimia]. i. picula vite sue [si nec] p̄ nō [p̄ficiat] illud  
[q̄d extendit]. i. fatagūt certāt nitunf [adipisci]. i. acq̄rere vel pficere. ¶  
alithia [dñs]. i. deus [tibi] orulit. i. deit ⁊ cessit [ex insperato]. i. ex re in-  
sperata: hoc est absq̄ tua spe. [vltro]. i. sponte ⁊ ppria voluntate ⁊ disposi-  
tōe [vt velt] cessare [ab ampliori] p̄secutōe istī [litis] vel cause [hostis]. i. tu  
p̄suis eslagitat aut postulat vt etiam cessare veltis.

**T**raicius vates cōmouit pectine manes

**T**e moueant lachryme: iam tollit cornua phebe:

**S**ol petit occasum: frigus succedit opacū

**D**esine quod restat: ne desperatio ledat.

¶ **I**sta est ps̄ finalis hui⁹ op̄is: qua p̄bat fronesis alithie q̄ d̄z tacere lu-  
stra dicta in p̄cedenti textu. ⁊ arguit sic p̄ argumentū a sili. D̄p̄be? p̄mo  
uit inferos sonitate lyre sue: q̄ etiā tu debes p̄moueri lachrymis p̄cu-  
stis: viso ⁊ cōsiderato q̄ iam est nox. luna apparere incipit et cornua sua  
erigere. ⁊ p̄pter occasus solis iam frigus incipit terras incolere. et ergo ro-  
goveltis desistere ab vltiori p̄secutōe: ne iste p̄secutus ducaat in desp̄atio-  
nem. ¶ **A**dvertēdū est hic q̄ fronesis hic ponit p̄suasōes ad p̄bādū intē-  
tū suū. intēdit em̄ p̄bare q̄ alithia d̄z p̄cere p̄cussit: ⁊ ab iccepto misericor-  
diter desistere. **T**res fuerūt postea in textu p̄cedēti. p̄ma in duob⁹ primis  
versib⁹. secūda in tertio. tertia q̄ d̄z Deicit? supplicat hostis. **H**ic autēz  
ad idē alie subiūgunf. ¶ **P**rima q̄ tangit in p̄mo v̄su **Q**uia op̄be? ⁊c. **S**e-  
cūda q̄ d̄z **T**e moueāt lachryme ⁊c. **D**ebem⁹ em̄ esse misericordes ⁊ p̄si-  
sicut pater noster deus misericors est. **T**ertia q̄ d̄z **I**az tollit ⁊c. vbi ostē-  
ditur q̄ boia nō est apta vel tēpus ad p̄tinuandū istā litem. **Q**uarta q̄ d̄z  
**S**ol petit occasū ⁊c. ⁊ est q̄si eadē cū p̄lou. **E**t p̄firmat q̄n̄ subiūgit **F**rig⁹  
succedit ⁊c. **A**ltima tangit in vltimo versu. vbi ip̄a fronesis rogat alithi-  
am sororē suā: dicēs **D**esine q̄d restat. ¶ **S**ciendū est secūdo quo ad p̄mūz  
versū nostri text⁹ q̄ p̄vatē traiciū intelligim⁹ op̄p̄eū: de quo multa dixi  
sup̄ in illo textu **C**ertauere sequi ⁊c. vbi dictū est q̄ vt recuperaret v̄corē  
suā ip̄e descēdit ad inferos: ⁊ melodia sue cythare ipsos etiāz infernales  
mulsit. i. cōmouit. ¶ **S**ciendū est tertio circa vltimū metrū q̄ illud sic po-  
test exponi. **A**lithia desine: hoc est cessa dicere plura: ne desp̄atio ledat  
istū p̄secutim. q̄d restat si plura dixeris: restat certe v̄t ip̄e in desperatōez  
incidat. **V**iliter intelligit sic. **D**esine illud q̄d nūc restat dicere. i. q̄d sup̄est  
modo tibi ad dicendū. sc̄m⁹ em̄ q̄ multa adhuc p̄ te restant dicēda. **T**er-  
tio modo legat sic. **D**esine ne desp̄atio ledat te: sicut lesit ioachim et iu-  
dam. **A**ltimo mō pōt sic legi. **D**esine plura dicere disputādo cōtra p̄seu-  
sitim: q̄d restat. i. q̄d sup̄est discurredo. s. p̄ materiā euāgelij ⁊ tot⁹ neuī te-  
stamētine desp̄atio ledat ip̄m p̄secutim aduersariū tuū: q̄ lā victū se sp̄o-  
re ⁊ suppliciter p̄stet. ¶ **A**ltimo cōsiderandū est circa expositōez termino-  
rum hui⁹ ps̄is. **T**raici⁹ p̄t scribi per a. in tertia l̄ra vel p̄ u. vñ boeti⁹ de cō-  
solatōe p̄bie dicit. **U**t si traicio boreas emisus ab antro ⁊c. **E**t d̄z de tra-

## Theodoli

cia regione. et isti populi terra dicitur trax. de quibus dicitur Virgilius. in. eneyd. Tra-  
 ces erant acri quondam regnata ligurgo etc. Inde traecensis dicitur. Dates quibus  
 sumit per prophetam. ut in hymno beati iohannis baptiste ubi dicitur: Maxime vira-  
 tum. Et hinc sumit per quocumque diuinatore. inde vaticinor et vaticiniu. Dates  
 igitur primo dicitur quod est vas theos. i. dei. Aliqua caput per poetam ut hic. Comoue-  
 re ponit de conpositio inseparabili et mouere. Pectus est equocuius: ut per  
 per euardu in grecismo: ubi dicitur sic. Pectus agit telas sedes trahit etc. Et hic  
 caput per cythara. Manes dicuntur aie infernales. et dicuntur quod amene per des-  
 sectu. quod deficiunt bono loco. Et el amene per strariu quod sunt clare: sed quod semper  
 tenebrosae. Te est pronome primitiuu sechde persone. Mouere actiuus est. ide  
 motus motior: moto motas mobilis et multa alia deriuant. Lachryme hy  
 singulariter hec lachryma. Jam ponit: ut iam. Tollere est eleuare erige-  
 re efferre. Cornu est equocuius: ut in equocis. Pars crucis est cornu: terre-  
 na potentia cornu etc. Hic caput per vna parte extrema luncacuta et curua ad  
 modum cornu aialis. Qualiter declinat per alexandru in suo doctrinalli.  
 sibi. Cornua mutantur etc. Phebe est luna. et dicitur a phebos vel a phos quod est lux  
 vel ignis. et est nomen grecu. et declinat hec phebe bes. Sol dicitur quod est super  
 oia lucis. ut dicitur est circa secundum metrum buli libri. Peto est actiuus. ide  
 appeto. suppeto. impeto. peto composita. Inde petior et petito petitur peti-  
 tum. Occasus sus. sui. deriuat ab occido media breui. quod ponit de ob-  
 et cad. Frigus dicitur de frigo gis. vel de frigeo ges. Opacus secundum catholicos  
 dicitur ab ops terra. i. obscurus. et dicitur quod est celo opertus. etymologia est: et declinat  
 tur opacus ca. cum. et opac opacus or. mus. et inde opacare. i. condensare et  
 obscurare. et est actiuus. inde opacitas. Succedere compositum de sub et cedo.  
 Desine de de et suo nis. compositum. quod hinc in preterito desini vel desij desistis.  
 et redditur compositum: exponibile: ut dicitur logici in materia de incipit et desit  
 nit etc. quod est nomen infinitum. Respo ponit de re compositio inseparabili et flo-  
 stas. He aduerbis est prohibendi. Despatio dicitur de despo ras. quod compositum de  
 deorsum et spero: quod dicitur despes. Ledere notum est. inde lesus et lesio: et illido  
 allido composita. [C]onstrue. [A]tco. i. poeta [traco] sic dicitur a loco. i. or-  
 pheus [coniuuit manes]. i. aias infernales [pectine]. i. cu cythara. [A]li-  
 thia [lachryme] istius pseustis [moueat] te [phebe]. i. luna [tollit tam cor-  
 nua] sua [sol perit occasus: frigus opacu] ab effectu [succedit]. i. subsequi-  
 tur. Et ergo [desin] illud quod restat: ne despatio ledat eum ad sensu dictum  
 prius. Et per ista taliter aliter expedita est lectura theodoli: ubi pseustis  
 per quem intelligitur falsitas superatus est ab alithia. i. a veritate: et diabolus  
 a deo: quod dignatus est per nobis assumere carne humanam. et predicare et dare no-  
 bis legem euangelicam: quam apta est nobis eterne vite ianua: quam nobis con-  
 cedit deus ille gloriosus qui est via veritas et vita. Amen.

Succinctissima explanatio Theodoli finit feliciter.

(18)  
130

